This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



SEVERIANI

OPERA

IN ARMENIA CONSERVATA

Severian, Bp. of Gabalis

BR65.S38 182?

Seberianos(i)

ՍԵՒԵՐԻԱՆՈՍԻ

kam

ԿԱՄ

Sewerianos(i) Emesatsioy)

ՍԵՒԵՐԻԱՆՈՍԻ ԷՄԵՍԱՑՒՈՅ

gabaghatsioy - Episkoposi

ԳԱԲԱՂԱՑՒՈՅ ԵՊԻՍԿՈՊՈՍԻ

Charhk'...

ՃԱՌՔ 'Ի ՀԻՆ ԹԱՐԳՄԱՆՈՒԹԵՆԷ ԵՂԵԱԼՔ 'Ի ՅՈՅՆ
ԲՆԱԳՐԷ 'Ի ՁԵՌՆ ՍՐԲՈՑ ԹԱՐԳՄԱՆՉԱՑ
ՄԵՐՈՑ ՅԵՂԵԱԼ 'Ի ԼԱՏԻՆ ԲԱՐԲԱՌ

Ի ՁԵՌՆ Հ. ՄԿՐՏԻՉ ԱԹՈՌԱԿԱԼ ՎԱՐԴԱՊԵՏԻ
ՄԽԻԹԱՐԵԱՆ ԱՒԳԵՐԵԱՆՑ

Տպագրեալ հրամանաւ Արհիապատիւ Տ՟ Տ՟ Սուքիասայ Վարդապետի Սոմալեան՝ Ընդհանրական Աբբայի և Արքեպիսկոպոսի.

'Ի ՎԵՆԵՏԻԿ
'Ի ՎԱՆՍ ՍՐԲՈՅՆ ՂԱԶԱՐՈՒ

ՅԱՄԻ 1827. ՌՄՀԶ

SEVERIANI SIVE SEBERIANI

GABALORUM EPISCOPI EMESENSIS

HOMILIAE NUNC PRIMUM EDITAE

EX ANTIQUA VERSIONE ARMENA IN LATINUM SERMONEM
TRANSLATAE

PER

P. JO. BAPTISTAM AUCHER

VIC. GEN. CONGR. MECHITARISTARUM

ET SOCIUM ACAD. ROM. ARCHAEOLOGIAE,
ATQUE ATHENAEI VENETIARUM.

VENETIIS

TYPIS COENOBII PP. ARMENORUM IN INSULA S. LAZARI.

MDCCCXXVII.

SUPERIORUM PERMISSU

EMINENTISSIMO PRINCIPI

D. CARD. MAURO CAPPELLARI

PRAEFECTO S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE.

BR6
S38
182

Nulli alii certe, cum primum hoc opus publicae dare luci constituissem, nisi Tibi Eminentissimo Principi, qui Sacrae Congregationi de Fide propaganda meritissime praefectus fuisti, dicandum esse arbitratus sum. Nam hoc opus totum circa dogmata Catholica, disciplinamque morum illibatam versatur, quod auctor Saeculi quarti ab eruditissimis viris celebratus exaravit. Quis enim Severianum S. Johannis Chrysostomi coaevum, ejusque vicem supplentem, fortissimum verbi veritatis praeconem non novit? Quis doctorum hominum ejus elucubrationes nondum editas avide non concupivit?

En igitur Armenia nostra Urbi, Orbique litterato in Latinam linguam per me versos ejus adhuc ineditos sermones offert.

Ad hanc versionem aggrediendam orbis litterarii desiderium me impulit, qui, postquam ex typographia nostra editum Opus viderit, cui titulus: Quadro delle Opere di varj Autori anticamente tradotte in Armeno, cujus auctor est R^{mus}. Gen. Abbas noster Suchias Somal, nunc Archiepiscopus Synensis, aliquid aliud novum praeter Eusebium, et Philonem ex Armeno in Latinum conversum summopere expectabat: tua quoque benignitas compulit,

cum per literas familiares me nunquam a similibus laboribus desistere suasisti. Denique D. N. Leo XII. Pontifex Maximus feliciter Petri cathedram tenens per epistolam, qua me, totamque Congregationem in hisce operibus tum Reipublicae Litterariae, tum Religioni faventibus humaniter alliciebat, stimulos quammaximos adjecit.

Accipe itaque, Eminentissime Princeps, qualemcumque hanc meam elaborationem, quam Tibi Congregatio nostra interim offert: accipe, quaeso, eo animo, quo exhibetur, et nobis tuo favore ad laborandum magis ac magis ad majo-

rem Dei gloriam, atque ad Ecclesiae sanctae honorem animum addito, atque augeto.

EMINENTIAE TUAE EXCELLENTISSIMAE

Dabam Venetiis in Coenobio S. Lazari
Kalendis Aprilibus A. D. 1827.

Humil. Obseq. Devot. Servus
P. JO. BAPT. AUCHER
Monac. Arm. Mechitaristarum Vic. Gen.

AL RMO. PADRE

IL P. GIO. BATTISTA AUCHER

VICARIO GENERALE DE' MONACI ARMENI.

S. Lazzaro.

VENEZIA.

RMO. PADRE

L' antica amicizia, e sincero affetto di Vra. Pta. Rma. mi obbligano ad accogliere di buon grado e con riconoscente animo l' offerta che vuol farmi della traduzione latina, da Lei eseguita dall' antica Versione Armena, dei sermoni inediti di Severiano Emisseno Vescovo di Gabal. Non dubito che tali sermoni, e questo suo nuovo lavoro non sieno per incontrare l' universale gradimento, e gli stessi universali applausi coi quali furono dalla Repubblica letteraria ricevuti l' Eusebio ed il Filone. Si ricordi Ella però, che il conosciuto suo merito nella pubblicazione, e illustrazione di sì interessanti Letterarie scoperte fà crescere, sì in me che in altri il desiderio di vedere effettuato l' altro di Lei disegno, di vedere cioè uscire per di Lei opera

pubblica luce la Biblioteca dei Padri, ed Autoı
a Nazione Armena.

Io poi grandemente mi consolo nello scorgere
ti dell' instancabili di Lei fatiche, e de' suoi Corre-
ısi, che vanno di giorno in giorno rendendo sempre
celebre l'Isola di S. Lazzaro, non solo col loro zelo
e Missioni, ma anche colla produzione di tante ope-
lirette a illuminare la propria Nazione nella Reli-
ıe, e nelle scienze. Colgo frattanto questa opportuna
asione per attestare si alla Pta. Vra. Rma, che a
a la benemerita di Lei Congregazione la parziale af-
uosa mia stima.

rem Dei
sanctae h
augeto.

Della Pta. Vra. Rma.

EMINENTI

Roma. 19. Aprile 1827.

Affmo. Servitore
D. M. CARD. CAPPELLARI PREF. PROP.

Dabam Ven
Kalendis

DILECTO FILIO

JOANNI BAPTISTAE AUCHER

VICARIO GENERALI CONGREGATIONIS MECHITARISTARUM

Venetias.

LEO PP. XII.

Dilecte fili Salutem et Apostolicam Benedictionem=Inter praecipua, quae hoc aevo memorabilia contigerunt, illud jure videtur numerandum, quod nonnulla veterum scripta fuerint in lucem prolata, quorum jacturam tamdiu litteraria Respublica deploraverat: eoque immortali laude digna est eorum industria, quorum opera communibus ea in re votis satisfactum est. In hìs quam illustris Tibi locus debeatur, per quem integrum Eusebii Chronicum, et plura Philonis opera recuperata sunt, res per se ipsa loquitur. Etsi enim proprius utriusque sermo ac stilus adhuc desideretur, at

res jam suppetunt ac sententiae, ex repertis a Te in Armenium sermonem de verbo ad verbum antiquitus conversis illorum Operibus a Te ipso eadem ratione conversis in latinum, adjectis etiam ex tuo ingenio ac eruditione notis, et Commentariis. Gratulamur igitur Tibi adeo praeclara in rem litterariam, et in Religionem ipsam promerita; habemus vero gratiam pro munere pulcherrimi exempli Philonis Paralipomenon, quae a Te summa fide reddita esse confidimus, quaeque pretiosum a vili, uti par est in judaei hominis opere, separantibus, admodum utilia sunt futura: Grati autem animi pignus, paternaeque caritatis esse volumus Apostolicam Benedictionem, quam Tibi et Congregationi tuae amanter impertimur.

Dat. Romae apud S. Petrum die 3. febr.

An. 1827. Pontif. Nri. Anno IV.

LEO PP. XII.

AD LECTORES

ANTIQUITATIS AMANTISSIMOS

Veteribus monumentis excussis, priscisque inter se Scriptoribus collatis, quos Graecia, Latium, Armenia, atque Syria abs temporum injuriis abripuerunt, necnon evolutis Criticorum quibus omnes primas deferunt disquisitionibus, quanta diligentia *Eusebius* Emisenus, *Severianus* Gabalitanus, ac *Severus* Antiochenus distinguendi sint, facile innotescit. Primus qui caeteroquin ab Arianis stabat, immo eorum signifer, egregie in Rhetorum officinis edoctus erat, et sane sedulus Sacrarum Scripturarum interpres, floruit medio Saeculo IV. ut videre est in D. Hieronymo de Script. Eccl. atque in Socrate L. II. c. 9. Alter, qui et *Seberianus* a quibusdam vocitatur, Armeniis vero etiam Emisenus, orthodoxae doctrinae sectator, eloquentia maxime pollet, qua S. Johannem Chrysostomum aemulabatur, ita tamen ut Theophili Alexandrini partes susciperet; hic eodem saeculo sed vergente claruit, de quo praeter Socratem Palladius cum caeteris in Historia Chrysostomi, egit. Tertius qui Concilii Chalcedonensis adversator acerrimus et acephalus V. saeculum ultra medium attigit.

Horum tum nomina cum opera confuse atque permixte citare Catenae Patrum videntur, quae de Sacrarum Scripturarum commentariis pertractant; et eo confusius quo eundem Auctorem modo Severianum, modo Severum nominitant. Quod autem ad Severianum Gabalae Episcopum propius spectat, is hac Emissenus, illac Antiochenus nuncupatur [1]. Si quis me roget quaenam fuerit hujusce confusionis ratio, a vero, ut reor, non aberraverim, si reponam in causa esse Gabalam et Emesam (quae etiam *Emisa*, vel *Emessa* in scriptis reperitur) Syriae urbes fuisse in Patriarchatu Antiocheno positas, easque olim affinitate quadam conjunctas, quod celeberrimum Emessenorum idolum, *Gabal* nomine seu *Gebel* (i. e. mons, collis) communi cultu venerarentur. Missum facio binas quosdam distinguere Gabalas, alteram in Syria inferiori juxta Ptolomaeum, alteram in Phaenice et Arabia, si Stephano credimus, quarum una fortasse et Emesa dicta fuit. Sin autem satis haec superque non sint ad amoliendum quidquid adhuc difficultatis inesse potest, non erit fortassis abs re, si opinemur Severianum, de quo sermo, Emesae natum, edoctum Antiochiae, Gabalae fuisse Episcopum consecratum.

Non dubius itaque auctor, cujus haud ambigua opera nobis edenda, est Severianus ille qui in ore et sermone est omni Eruditorum et praesertim de rebus Ecclesiasticis coetu; de quo jure ac merito adnotant viri rerum peritissimi, ob invidiam in Chrysostomum apud posteros famam esse quodammodo di-

1 Jos. Sim. Asseman. Bibl. Orient. t. IV. p. 44. imitatus Ebedjesum Sobensem, auctorem Saec. XIII. videtur aut plane ignorasse Severianum nostrum, aut unum eundemque existimasse cum Eusebio Emisseno: quorum distinctio omnino firmiter habenda est.

minutam [1]. Non inficiandum tamen ejus scripta (quemadmodum et scripta Theophili Alexandrini cui adhaesit) plurimi semper habita; atque eo magis quo in arte dicendi peritissimum D. Chrysostomi judicium accedit, qui, se absente, concionibus ad suum gregem ex suggestu habendis destinaverat Severianum [2]. Quamobrem et SS. nostri Interpretes tempore fere coaevi ut cultores devotissimi omnium operum Chrysostomi, ita sedulam operam navarunt qua Severiani scripta in Armenicum sermonem verterentur. Idcirco concessum est nobis prae manibus hodie habere xv. ejus homilias (praeter caeteras quas hucusque non vidimus): quarum decem in uno optimae notae codice

1 Petav. rat. temp. P. I. L. VI. c. 10. » Severianus Gabalitanus ut disertus fuit, ita ob aemulationem Chrysostomi minus secundam posteritatis famam meruit «.

2 Molanus in Biblioth. sacr. » Severianus Gabalitanus Episcopus, cui Chrysostomus Ecclesiam suam, cum in exilium mitteretur, (melius, cum dioecesin lustraret,) commendavit, scripsit sermones varios, quorum aliqui extant in operibus Chrysostomi, et Chrysologi, plurium autem fragmenta in libris veterum «. In operibus quidem Chrysostomi multa occurrunt Severiano propria, at apud Chrysologum nullum nos vidimus, praeter duos sermones Severiano a nonnullis falso adscriptos, uti etiam editores ipsi testantur in sequentibus titulis. » De nativitate Christi, Sermo CXLIX. Quem quidam D. (al. edit. Sancti) Severiani Episcopi putant, sed falso ... De infantium nece, Sermo CLII. Qui non recte tamen D. (vel, Sancti) Severiani titulo circumfertur «. Magna tamen gloria erit Severiani, quod opera ejus confunduntur cum operibus celeberrimorum Patrum, Basilii, Chrysostomi, et Chrysologi. Audiendus et Natal. Alex. Hist. Eccl. Saec. IV. c. 6. » Severianus Gabalitanus Episcopus in Syria, vir eruditus, et concionator egregius, varios Constantinopoli sermones habuit rogante S. Jo. Chrysostomo: Arcadio Imperatori ob dicendi vim gratissimus: ad finem 4. saeculi, et quinti initio maxime floruit. Nonnullas ejus homilias edidit Savilius cum operibus S. Jo. Chrysostomi. *Expositionem in epistolam ad Galatas* ab eo editam, et libellum *de Baptismo, et Theophaniae solemnitate*, tempus edax rerum nobis invidit. De dissidio Severiani cum S. Joanne Chrysostomo, deque eorum reconciliatione lege Socratem. L. VI. c. II. et Sozom. VIII. 10. Extat inter Chrysostomi opera (Tom. III. p. 412. 413.) homilia *De recipiendo Severiano*, et ipsius Severiani *Sermo de pace*, cum a S. Chrysostomo susceptus est «.

non interrupta serie habentur, quinque vero in variis Homiliarum libris sparsim leguntur. Ex his septimus sermo reperitur Gr. Lat. in serie operum Chrysostomi edit. Venet. 1741. Tom. VI. p. 569. qui tamen, ut suo loco dicemus, ab uaris emunctissimae criticis jure Severiano nostro vindicatur. Quemadmodum et decimus cernitur inter opera magni Basilii Tom. II. p. 113. edit. Paris. 1722. Decimus autem tertius extat in appendicibus op. Chrysost. Tom. VIII. p. 106. jure tamen a Criticis Severiano itidem adjudicatus. Reliqui itaque desiderantur, et nunc primum ex Armenia transmeant in Europam.

Ex aureo Hajcanismi stylo facile procul dubio innotescit Versionis Armeniacae antiquitas Saeculo V. elucubratae, quippe qui adamussim illi proprius aetati. Addesis etiam fragmenta quae veteres auctores nostri saepiuscule citant [1]. Quamvis enim constru-

1 Puta non ex solis sermonibus, quos nos edituri sumus, verum etiam a caeteris, qui non pervenere hucusque in manus nostras. Sicut Jo. Philosophus Patriarcha Arm. Saec. VIII. in Oratione contra Phantasticos (edita a nobis Arm. et Lat. 1816.) n. 40. utitur Severiani verbis ex Homil. II. et IX. S. Gr. Narecensis doctor Arm. saec. X. in Comment. Job. ex aliis Severiani scriptis haec adducit. « Եթէ յղասցի ասիդն, և նէէսայն, զի արկցէ ընդ հողով զձուս իւր: *Զայս խորհուրդ բանին մեծ վարդապետն սեբերիանոս ասէ, թէ ասիդն գազան է 'ի փղշտացւոց աշխարհին, և արկանէ ձուս ընդ բերանն, և հասանէ որձ 'ի բերանոյն, և յորձոյն ծնանի նէէսայն* ||. » *Si concipiet Asida, et Neessa, ut mittat sub terra ova sua*. Hoc mysterium verbi magnus doctor Seberianus explicaturus, ait, quod Asida bestia est in Philistaeorum regione, mittitque ova per os, quippe quod ex ore decidit ructus, et ab ructu nascitur Neessa «. Praeterea in Arm. Catena Epist. Cath. Jac. n. 36. sic habetur. * Սևերիանոսի Եպիսկոպոսի Գաբաղու: *Լուր գրոց, որ վկայէ նմա (բախաբու) և վարուցն նորա, զի էր 'ի պոռնկութիւն ասէ. մարգարիտ անկեալ յաղբ, ոսկի 'ի տիղմ շաղախոյ ձգեալ, ծաղիկ բարեպաշտութեան 'ի փշոց հեղձեալ. բարեպաշտ անձն բարեպաշտութե̅ զարդարեալ* ||. » *Severiani Gabalorum Episcopi*. Audi Scripturam, quae testimonium perhibet de ea (Rhachaba) vitaque ejus: quoniam erat, inquit, in fornicatione (meretrix); margarita in fimum cadens, aurum in lutum coenosum projectum, flos pietatis ex spinis suf-

ctio sit Graeca, nihil tamen abhorret a locutione Armena; quia in argumentis sacrarum concionum syntaxis simplex ac fluens utrique linguae communis est. Quod de Latina nostra interpretatione fateri non ausim. Siquidem cum verbum verbo reddere fidus interpres curo de meo more, quae methodus si vim nervosque refringet eloquentiae, at ipsissimae Auctoris sententias hauriendas praebet, nec novum auctorem pro veteri obtrudit, fiet identidem quod a pura germanaque latinitate deviare compellar. Veniam tamen dabunt humanissimi ac sapientissimi lectores, neque mecum summo jure utentur. Praesertim quicumque velint opus hoc integrum conferre cum aliis operibus ejusdem Severiani editis; quemadmodum sunt sex vel septem sermones de creatione mundi tum in Auctuario Bibl. PP. Gr. edito a Combefisio, tum in serie operum Chrysostomi sub nomine ejusdem Severiani Gabalitani Tom. v. pag. 436—511. Et oratio quaedam in Dei apparitionem, olim Graece tantum edita in Christiani Matthaei lectionibus Mosquensibus, postea vero recusa Gr. Lt. in Bibl. PP. edit. Venet. tom. XIV. p. 145. Sicut et aliqua oratio in S. Crucem etc, Latine tantum Lugduni edita Tom. v. Bibl. PP. pag. 1229. Missa facio fragmenta a Combefisio Gr. Lt. collecta ex Catenis Pentateuchi Moysis; ubi sicut unus et idem auctor citatur Σεβεριανὸς, aut Σευεριανὸς, vel Σεβέρος, Γαβάλων ἐπίσκοπος, aut

focatus, pia anima pietate adornata «. Ibid. in 1. Petr. n. 65.
* Սեւերիանոսի Եպիսկոպոսի Գաբաղացւոյ։ Զորս յօտարասիրութենէն բարիս լինին, ուսուցանէ զմեզ. զի թէեւ էր ՚ի բնակելոցն ՚ի Սոդոմ, սակայն ՚ի ձեռն խոնարհութեան եւ օտարասիրութեան արժանի եղեւ լինել փախստական ՚ի կործանմանէն ||. » *Severiani Episcopi Gabalorum*. Quae ex hospitalitate bona fiunt, edocet (nos) Loth; qui etsi unus erat habitantium in Sodoma, verum per humilitatem et hospitalitatem dignus est factus, ut effugeret ruinam «.

Αντιοχενὸς etc [1]. Hinc asseruerunt nonnulli eum natum vel nutritum fuisse Antiochiae, et ordinatum Episcopum Gabalae sub eodem patriarchatu; ut jam superius attulimus.

1 Multum faveret auctori nostro, si codex ejus lectus fuisset a Photio, qui tamen eo privatus erat: solummodo in Synodica Epistola Sophronii Hierosol. ad Honorium Imp. apud Photium Cod. ccxxxi. citatur inter alios SS. Patres post S. Jo. Chrysost. Σεβηριανὸς ὁ Γαβάλων.

Τοῦ μακαρίου Σεβηριανοῦ ἐπισκόπου Γαβάλων, ἐκ τοῦ εἰς τό· πάτερ παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο...

Προλαβὼν ὁ κύριος ἐμφράττει τῶν αἱρετικῶν τὰ στόματα, ἵνα δείξῃ ὅτι τὸ πολυπαθὲς τοῦτο ἐνεδύσατο σῶμα, τοῦτο τὸ ἀγωνιῶν τὸν θάνατον, τὸ τρέμων τοῦ θανάτου τὴν βίαν, τὸ λυπούμενον καὶ ταραττόμενον πρὸς τὸ τοῦ βίου τέλος λέγει· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται, περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου.

Conc. Rom. Later. sub Martino I. A. D. 649. Collect. Mansi. T. X. pag. 1092. Confer cum Severiani nostri Homilia IX. quem locum citat et Jo. Philos. Arm. contra Phantast. n. 40. praemissis etiam sequentibus, ex Homilia II. acceptis.

* « Զորմէ առաւելաշնորհն Սեւերիանոս ասէր
» գաբաղացւոց եպիսկոպոսն 'ի տնօրէնութեան փրկչին
» բանին. Անչարչարելին, ասէ, չարչարի չարչարելեաւն,
» եւ այլն ։ i. e. » De quibus sic disserebat gratio-
» sus Severianus Gabalorum Episcopus in sermone
» Dispensationis Salvatoris: *Impassibilis*, ait, *patitur*
» *per passibilem (carnem)*, etc «.

Յհ. իմաստ. ընդդէմ երեւութ.
Jo. Philos. contra Phantast.

ՍԵՒԵՐԻԱՆՈՍԻ

ԳԱԲԱՂԱՑՒՈՅ ԵՊԻՍԿՈՊՈՍԻ

ԷՄԷՍԱՑՒՈՅ.

ՃԱՌ. Ա.

'Ի Վեցէ աւուր արարչութեան, Առաջնոյն Աւետարանա- Ավետու եպիսկոպոսին, խօսեցեալ յերուսաղէմ վասն հաւատոյ; և 'ի հօրէ ծննդեանն:

'Ի մէջ քնարերգաց զՎէրն խօսելոյ ձայնել. զի և ես ըստ իմում չափու քնարեր եմ: Յորդորէ և անզգիս աներունական 'ի խօսել զանուանէն անզգայս, և օրս աներունական եկեալ հասանել. լաղացք յօժարութիւն, և որ շուրջ նատին՝ աղօթք. ասելեացս սէր, և կենարարին պատիւ: Յիշեմ, զի խօսեցայ կարգաւ ձայնել յաղագս անսկզբանն՝ անսկիզբն ծննդեանն, և զկնի՝ մարմնական ծննդեանն. և փութամ մատուցիւրութիւն հատուցանել. կարօտիմ և ձերովք աղօթիւք [1]. քանզի հասարակաց է շահն և օգուտն:

Այլ թերեւս պարտ և պատշաճ իցէ նախ քան զոր խօսեցայսն ասել, իմանալ՝ թէ զինչ ոք իցէ, և մեր ուրուք, որչափ մարթի մարդկան մտօք և լե-

1 Այսինքն յերուդ աղօթեցէք. որպէս մեկնաբար գրէ 'ի Ճառընտիրն մեր. Գ. յորոյ 'ի սկզբբանն զանանի ձայնս այս:

(1) Vide in praefatione Gabalitanum Episcopum eundem esse cum Emesensi apud Armenios: quare utramque appellationem hic exponi licuit. Emesensem vero vocem usurpo, non Emesenum, ut

SEVERIANI

GABALORUM EPISCOPI

EMESENSIS. (1)

HOMILIA I.

magna die Luminum, Beati Sebèriani (2) *Emesensis* (3) *Episcopi, Jerosolymis prolata, De Fide, deque generatione (Filii) ex Patre.*

Inter Christi amantissimos de Christo pollicitus m loqui, quoniam et ego secundum meam faculta- n Christi amator sum. Hortatur locus etiam Do- inicus de Domino loci agere, atque dies Dominica perveniens: necnon auditorum votum, una cum ecibus circumsedentium, adhaec amor dicendo- m (4), et Salvatoris honor. Memini quod promiserim dine constituto agere de Ejus, qui principio caret, ativitate principio carente, et deinde de corporea eneratione: et studens ultro perficere promissa, egeo estris quoque orationibus; commune est enim lucrum, t publica utilitas.

Verum fortassis operae pretium erit, antequam, uae pollicitus sum, adimpleam, intelligere, quis ille t, de quo agitur, quantum fieri poterit, ut humana

m confundatur cum Eusebio misseno Semiariano.

(2) Sic semper scriptum nomen ctoris in titulis omnium ser- onum: hic tantum ferebant duo codices Սեբերիանոս, կամ Սեբերիա- նոսի. *Sebiani*.

(3) Al. cod. mendose *Nisibeni*. melius. *Gabalensis*.

(4) Vel *dicentium*:

զուաւ ճառել զանճառելին ։ Ո՛վ եթէ իմացա…
զպատիւն՝ որչափ և մեզ պարտ է դիտել, աղաչեմ…
նիցուք՝ թէ զիարդ յայտնեցաւ մարմնով, և …
նայցեմք՝ եթէ ոչ ինչ առ ինքն յաւելուած, …
զմիւրն եւս եթող ։ Որպիսի՞ շահաւէտ բարբառո…
կարիցեմք զնոյն ճառել, որ միտք բաւական լինել[2]
բաւցեն՝ հրեշտակաց կամ մարդկան ։ Այլ աղաչ…
նեալ ՚ի ձեր աղօթսդ՝ լիցուք արժանաւոր ընծայ…
հոգւոյն ։

Ծննդի անճառ է ա̄ծ և անպատում. որպէս…
միտք հասանեն, և ոչ խորհուրդք բաւեն. ոչ…
զուաւ պատմի, և ոչ բերանով ճառի ։ Ո՛չ միայն…
մարդկան գիտութի[3] անցանէ, այլ և ոչ երկնիցք…
ծեն, որ լուսաւոր վառեալ[4] և զնոյն զուշակեն.
ոչ ամենայն արարածք, որ ՚ի միասին օրհնեն՝
միանգամայն վրիպեալ գտանին ։ Ո՛չ արեգակն ծ…
գեալ, և ոչ լուսին փոփոխեալ և զանփոփոխն ք…
րողեալ. և ոչ պարքն աստեղացն յօրինական կայ…
նիւքն զյօրինիչն ։ Ո՛չ տիւ առ գիշեր միաբանեալ
և ոչ ծովք ընդ ցամաք չմարտուցեալ, որ և մարտու…
ցեալ՝ նահանջի ։ Ո՛չ երկրաւոր կենդանիքս՝ զկե…
դանին, և ոչ ծովական կայտառք զպարգևիչն. և …
թևականք՝ օդոյս կտտրիչք ։ Նա՛ զի՞ եւս յաճախ…
ցից զերևելեացս ճառել. ուր ոչ հրեշտակք, և …
հրեշտակապետք կարեն տալ զնոյն զհանգամանս. բա…
միայն հոգին քննէ զխորս ա̄յ. ըստ այնմ որ երանե…
առաքեալն ասէ, թէ ոչ ոք գիտէ զմարդոյն՝ որ ի…
՚ի մարդն է, բայց միայն հոգի մարդոյն՝ որ ՚ի նմայ…
է. նոյնպէս և ոչ զնոյն ոք գիտէ, եթէ ոչ հոգին ա̄յ…
Աստուածութե̄ն սկսանիմ ճառել, ախորժելով …
դուք արժանի արարէք լսել ։

Սկիզբն ամենայնի՝ ա̄ծ է. և ինքն և ոչ ՚ի միոջ…
սկզբանէ եղեալ ։ Նա է սկիզբն ամենեցուն, աղ…
բիւր ամենայնի. աղբիւր՝ ոչ բղխեալ յիւրմէ վտակ…
այլ ինքն կացեալ մնացեալ որպէս էրն. և զայլսն …

1 Այսպէս է լաւ եւս ՚ի ձա̄. ոփ, փոխանակ գրելոյ իմացաս…
ւրնա. իսկ յօրինակին, իմացի 2 Ճառընտ. ասէլ ։

mente linguaque dicatur de ineffabili. Quoniam si intelligamus dignitatem ejus, quantum nos scire oporteat, tunc noscemus, quomodo manifestatus est in corpore; et intelligemus, quod nihil sumpsit tamquam augmentum, sed potius sua reliquit. Qua ergo utili voce possimus de Deo agere? quae mens sufficere queat ad dicendum, sive Angelorum, sive hominum? Sed confidentes vestris orationibus, digni efficiamur gratiae Spiritus (divini).

Ineffabilis enim est Deus, et inenarrabilis, quem nec intellectus comprehendit, neque cogitatio attingit: non linguâ narratur, neque ore exponitur. Non solum humanam superat scientiam, verum etiam nec caelum sufficiens comperitur, quod luminibus ardens Deum praedicat; neque universae creaturae, quae eidem simul benedicunt, at insimul destituuntur. Nec Sol oriens, neque Luna, quae mutatur, et immutabilem illum praecinit: neque chorea stellarum, quae concinnis stationibus laudant adornatorem. Non dies nocti concordans (vel succedens reciproce), neque mare cum terra minime pugnans; immo pugnans, retro tamen cedens. Non terrena viventia semper viventem (narrare valent), neque in mari natantia donatorem, neque alites aëra concutientes. Et quid amplius prosequar de visibilibus dicere? ubi nec Angeli, neque Archangeli possunt praestare conditiones Dei; nisi solus Spiritus ille exquirit profunda Dei, secundum quod beatus Apostolus ait, *Nemo scit res hominis, quaeque in homine sunt, nisi sola anima hominis, quae in eo sit. Sic etiam nemo scit, quae Dei sunt, nisi Spiritus Sanctus*. Libenter itaque incipio dicere, cum voluptate et vos dignamini audire.

Principium omnium Deus est, ipse vero a nullo umquam principio factus. Unum est principium universorum, fons cunctorum: fons non spargens a se rivulos, sed ipse permanens, sicut erat; caetera autem

3 [Armenian text] 4 [Armenian text]
[Armenian text] 5 [Armenian text]

բար կազմեալ արարչութեան ։ Մ՛էն միայն է ճշմ...
րիտ Թագաւոր. ոչ ՚ի նմանեաց յառաջագոյն գոլեա...
և ոչ ՚ի հանդիսապատուաց ազնուագոյն երևեալ
Ս՛է կարօտ սպասաւորօք [1]. քանզի ոչ ՚ի նորա պէտ...
ինչ են պաշտօնեայքն . այլ ամենեցուն օգնէ, և ա...
մենեցուն բաւական է. և զնա՝ ինչ ոչ տանի, քանզ...
ինքն անքնն բնութի է, անփոփոխական հաստատո...
թիւն, անայլայլական պատիւ. ոչ ՚ի խոնարհ նուա...
զեալ գտանի, և ոչ ՚ի վեր զարգացեալ և աճեցեալ
քանզի կատարելոյ և աճելն նուազութիւն է ։

Ս՛ի է՝ յիւրմէ ինքնակաց, և ոչ ինչ յումեքէ ըն...
կալեալ ։ Ս՛է ընդ ծրով անկանի, կամ փակեալ ...
ամհամանեալ. ոչ փոխ առեալ յումեքէ՝ թէ հաստա...
ցանիցէ. ոչ այլովք և այլովք ՚ի մի ինչ կատարեալ
և ոչ ՚ի բազում իրաց ՚ի մի ինչ բովանդակեալ. քան...
զի և ոչ ինչ յառաջ քան զնա ։ Ա՛նմարմնական ...
պարզական, զատեալ և մեկնեալ յամենայն իմա...
տական (՚ի մարմնական կամ մտաւորական) [2] յօդուա...
ծոց, որոշեալ և զատեալ յամենայն կարծեաց ։ Ի՛նքն
միայն իւր բաւական, և ամենեցուն որ ըստ նմանն...
միոյ յօժարեալ նկրտին ։ Ն՛այն մարմնոյ ակարութ...
վրիպեալ գտանի, և ոչ որպէս թէ ընդդէմ վրիպե...
ցաւ [3]. քանզի փառաւորի ամենազօրն յաղթող ։

Իսկ քանզի շնորհեաց մեզ բանս և խօսս, տացուք
պատիւ պարգևատուին՝ յորոց մեզս պարգևեաց
Օրհնեսցուք որչափ և կարօղ իցեմք, և ճառեսցուք
չափով զանճառելին. և պատմեսցուք կշռով զանպա...
տում զօրութիւն. զի համառնել կարասցուք, թէ ան...
հասական է ։ Իսկ զայս համարեսցուք մեզ համառնել
գիտել զնա՝ թէ անհասական է ։ Իսկ թէ պարտ ...
պատշաճ ինչ իցէ բերել անա օրինակ յերևելեաց
յարմարմ ոք ընդ զնմանական [4] արեգակնամբս նայեցի...
աչնելով՝ և չիշմարելովն՝ ճանաչէ զպայծառութիւ...
լուսաւորութիւն. և ոչ զի եանեան՝ եանս, այլ զի ոչ
տեսեալ աչեաւ՝ իմացաւ ։ Ն՛այն չէ անսպառնիծ՝ այսպէ...

1 Ձ. սպասաւորաց ։ բու. մասաւոր կամ մտացածին...
2 Օրինակն, իմացական. իր. բայց թերևս վերծանելի է,

efficiens per creationem. Unus solus est verus Rex, non similibus se prior repertus, neque inter aequales nobilior apparens. Haud indigus famulis; non enim opus habet ministerii: sed omnes adjuvat, et universis sufficit. Illum vero nihil capit, quia ipse immensa est natura, immutabilis constantia, invariabilis dignitas. Non deorsum diminutus invenitur, nec sursum proficiens sive auctus. Siquidem perfecto vel ipsa auctio diminutio est.

Unus est (Deus) a se ac per se consistens, nihil ab ullo suscipiens. Non sub gyro cadit, vel concluditur, aut definitur. Non mutuum ab ullo accipiens, ut persolvat. Non aliis atque aliis in unum collectis perfectus, neque ex multis rebus in unum quoddam complexus: etenim nihil eo anterius. Incorporeus, et simplicissimus; separatus segregatusque ab omni corporali vel intelligibili (aut partiali) connexione; distinctus ac sejunctus ab omni conjectura. Ipse solus sibi sufficiens, et omnibus qui ei mente praediti ultro adhaerent. Corpus autem ob imbecillitatem suam destitutum comperitur, nec tamen tristatur de sua destitutione: nam (eo magis) glorificatur Omnipotens sicut victor.

Quia ergo concessit nobis rationem et orationem, praestemus fructum largitori donorum ex iis, quae nobis largitus est. Benedicamus, quantumcumque possimus, et agamus in mensura de ineffabili, narremusque in pondere de virtute inenarrabili: ut valeamus comprehendere, quod ipse incomprehensibilis est. Hoc ergo censeamus nos tantummodo valere, ut sciamus videlicet Deum esse incomprehensibilem. Quod si licuerit exemplum isti adducere ex visibilibus, quando quis aspiciat in solem scrutabilem, stupendo magis, quam intuendo noscit claritatem splendoris: neque quod viderit, vidisse, sed quia vix intense mi-

[illegible]

3 Ձ. դադարեցաւ :
4 Ձ. զննել :

սի օրինակս ՚ի մէջ բերել վասն ա՟յ. քանզի մարմնական արեգակնս՝ թէպէտ և լուսաւորագոյն է, մարմին լուսաւոր է, և ոչ ա՟ծ անմարմնական։ Նաև թէպէտև առնուցումք ՚ի պէտս իբրև օրինակ, այլ մի յայսպիսի ինչ իրս իջուցանել զանհասականն. քանզի ՚ի վեր է ա՟ծ քան զամենայն օրինակս, և ոչ ինչ է նման նմա, կամ հանգոյն. ոչ համեմատ, և ոչ հաւասար. ոչ կարծիք, և ոչ կշիռ։

Նա արդ՝ զի՞արդ. լուեսցո՞ւք, և ո՞չ ճառեսցուք. և ո՞ր երևեսցի մեր մտերմութիւն։ Նաև ՚ի ճառելն նշանակեսցուք, թէ չեմք բաւական ասել. զի յաւելոյ անտի՝ ա՟ծութիւն յայտնեսցի, և յոչ բաւական լինելոյ՝ զգերանցելական փառսն քարոզեսցուք։ Նա ակնզգան է ա՟ծ, անճառ, և անհասական [1], անհանդուրժական, անպատում. որ ոչ տեղեօք սահմանի, և ոչ վայրեօք բովանդակի. զատական յամենայնի, որ զամենայն ունի, և ամենեցուն առաջնորդէ։ Ոչ վաղվաղակի յետ իւր զերևելի և զզգալական և զգետնական հաստատեաց կացոյց. նաև ոչ զզօրսն երկնաւորս իսկ և իսկ. այլ յառաջ քան զամենայն և ընդ բնաւ յաւիտեանս՝ ծնաւ անծինն զծնունդն իւր համագունակ։

Նա մի, յորժամ լսիցես ծնունդ, մարմնական ինչ իրս կարծիցես. քանզի զանմարմնականնէն է ճառս. և մի, վասն զի չարչարանօք և միջնորդաւ ծնանիմք մեք ՚ի հօրէ և ՚ի մօրէ ժամանակաւ, չարչարանս, և միջնորդս և ժամանակս անժամանակականին համարիցիս։ Քանզի բաւական է ինքն առանց իրիք պատճառանաց իւրում կատարել ծննդեանն. ոչ ժամանակաց թիւ, և ոչ օգնականութե՟ն սպասել. զի յառաջ քան զյաւիտեանս է ծնօղն, յառաջ քան զյաւիտեանս և ծնունդն. որով ամենայն ինչ եղև, և ժամանակք և յաւիտեանք։ Նա զոր օրինակ ոչ գո՟յ այլ հայր՝ բայց միայն ՚ի միոյն, նոյնպէս և ոչ այլ որդի՝ բայց ՚ի միոյն, և ոչ այլ հօրի հանգունա-

1 Յօրինակն պակասէր, և անհասականն. որ կայ ՚ի Ճ։

ratus est, intellexisse dicendus erit. Nec tamen impune est hujusmodi usurpare exempla de Deo: quandoquidem corporalis iste sol quamquam luce abundet, corpus est luminosum, non Deus incorporeus. Quamvis ergo sumamus in usum rerum hujusmodi similitudines, cavendum tamen, ne in tales umquam res demittemus incomprehensibilem: superat enim Deus omnes similitudines; et nihil est ipsi simile, vel aequale; non congruum, nec par; non conjectura in eo locum habet, neque perpensio.

Quid ergo? sileamus ne, et non narremus? et ubi appareat fidelis noster amor? Sed vel in ipsa enarratione protestemur nos insufficientes esse: ita ut ex sermocinatione illa Divinitas reveletur, et ex insufficientia miram ejus gloriam praedicemus. Principii nescius est Deus, ineffabilis, incomprehensibilis, intolerabilis, inenarrabilis: non locis determinatur, non spatiis continetur; distinctus omnino, omnia tenens, omnium dux. Non statim ac cogitavit (*ad verb. post se*) visibilia haec et scrutabilia terrenaque constituit, neque caelestes virtutes subito; sed a tota aeternitate ante omnia saecula generavit ipse Ingenitus Genitum suum sibi consimilem.

Genitum autem quum audieris, noli carnale quidquam putare, quoniam de incorporeo sermo est nobis; neque, eoquod nos per passionem mediatoremque nascimur ex patre et matre, idque in tempore, passionem et mediatores temporaque adscribas intemporali. Quoniam sufficiens est ipse, sine ulla causa, propriae suae generationi perfectae. Non temporum dinumerationem, neque auxilium ullum expectat: quia ante saecula est Genitor, ante saecula temporaque et Genitus; quo omnia facta sunt, et tempora, et saecula. Et quemadmodum non est alius Pater praeter unum solum, similiter nec alius est Filius praeter unicum; neque alius spiritus coaequalis prae-

կեց՝ բայց յԱյ հոգւոյն ։ Ուր հայր՝ հայր ճշմարիտ. և որդի՝ որդի հաւաստեաւ. և ամենայնք հոգին՝ ըս-տոյգ հոգի Այ ։ Ծնաւ Ած՝ առանց չարչարանաց, առանց հատուածոյ, առանց կարեաց. քանզի չէ՛ հնար հատանել անհատականին, կամ բաժանել անբաժանականին ։

Ապա եթէ ամբարիշտ մտօք ոք իմանայցէ այսպի-սի ինչ, անկատար զկատարեալն առնիցէ. զի մի՛ հայր զատանի ամբողջ մնացեալ, և մի՛ հատուածն 'ի նմանէ ողջ կացեալ [1]. այլ եղիցի նմանականն հայր՝ ողջ կատարեալ, և ծնունդն՝ լի՛ բովանդակ. քանզի կատարեալն Այ է ծնունդ ։ Իսկ եթէ այսպէս է, քանզի և է իսկ ճշմարիտ, մի՛ երկինք ճանաչեն զանպատումն զծնունդն, քանզի չէին մօտ. և մի՛ երկիր, քանզի չև՛ ևս էին հաստատեալ. և մի՛ ծով, զի չև ևս էր զատեալ և մեկնեալ. քանզի ամենայն ինչ՝ Յետոյ եկն 'ի լինել * ։ Ո՛չ ժամանակք, քանզի անժամանակական է. և մի՛ յաւիտեանք, քանզի յա-ռաջ քան զյաւիտեանս է. մի՛ հրեշտակք, մի՛ հրեշ-տակապետք. մի՛ ոք միջնորդ, մի՛ ոք խորհրդակից ։

Որ ծնաւ, մինն և եթ գիտէ. ո՞ իցէ որ ծնաւն. Ած. զի՞նչ ոք իցէ ծնունդն Այ, եթէ ոչ Ած. որպի-սի ինչ որսորդն առիցէ, որ մի՛ զծովակաց կամ զդե-տոց պատմէ, և մի՛ զաստեղս երկնից նշմարէ յառաջ-նորդութիւն որսոյն ։ Ո՛չ ասաց, որպէս Մովսէսն, ե-թէ 'ի սկզբանէ արար Ած զերկինս և զերկիր. այլ ասացեալ ընդ երկինս, և ըստ ամենայն երևելի և ա-ներևոյթ արարածս, ըստ ժամանակս և ըստ յաւի-տեանս, ասէ. 'Ի սկզբանէ էր բանն ։ Իսկ Բանն՝ մի՛ եթէ խառնուածական իբրև զձայն ինչ 'ի շրթանց արձակեալ, և լեզուովք բարբառեալ, շրթամբք ընթերցեալ, ընդ օդս բաժանեալ, այլ կատարելի արձակական. և այս-պիսի ինչ իմանալ՝ զմարմնականաց է, և մի՛ զան-մարմնականաց ։ Ո՛չ ինչ յարեսցի յայս, եթէ 'ի սկզբա-նէ. 'ի բարբառ՝ որ ոչ յառաջ քան զասելն էր, և ոչ յետ ասելոյն. որ առ սակաւ սակաւ առի, և այն-չափ ինչ, որչափ որ բարբառեցին՝ բարբառեցի ։ Իսկ

1 Պակասէր և այս բան. և մի հատուածն 'ի նմանէ ողջ կացեալ ։

ter Spiritum Dei. Erat Pater, Pater verus; et Filius, Filius vere, et Sanctissimus Spiritus, certus Spiritus Dei. Generavit Deus quin pateretur dolores, sine sectione, sine affectu: nequit enim decidi indecisus, vel dividi indivisibilis.

Quod si quis impia mente aliquid hujusmodi intellexerit, imperfectum ille fecit Perfectum: nec enim pater invenitur integer remanens, neque sectus ab eo integer servatus. Verum sit nobis sibi consimilis Pater integer perfecte, et Genitus suus integer plane: quoniam perfectus est Dei genitus. Si ergo ita est, est enim omnino verum, non caeli norunt inenarrabilem generationem, quia non aderant; nec terra, quia nondum fundata fuerat; neque mare, quia nondum separatum segregatumque erat. Nam omnia per Jesum esse caeperunt. Non tempora ei aderant, eo quod intemporaneus est: non saecula, quia ante saecula est: non Angeli, non Archangeli: nemo mediator, nullus consiliarius.

Unus genuit, unus solus conscius est. Quis est, qui genuit? Deus. Quis umquam sit Genitus Dei? nisi Deus. Quemadmodum asserit Piscator, qui non de maribus aut fluminibus refert, neque stellas caelorum speculatur ad inquirendam venationem. Non dixit, sicut Moyses ille, *In principio fecit Deus Caelum et terram*, sed transiens caelum et omnes visibiles invisibilesque creaturas, nec non tempora et saecula, dixit: *In principio erat Verbum*. Verbum sane, non confuse ac mixte sparsum tamquam vox quaedam de labiis missa, et linguâ prolata, in labris distincta, in aëre se volvens, post demum perficienda prorumpens. Similia namque concipere est de corporalibus, minime vero de incorporeis. Quae enim relatio erit illius, *Erat a principio*, ad istam (nostram) vocem, quae non erat, nec ante, neque post prolationem? sed tantum modo, quantum profert prolator. Unige-

[illegible]

[illegible]

միածնին միշտ և մշտնջենաւոր առ ծնողին. ոչ բան[1] 'ի բերան ա̃յ, այլ՝ ա̃ծ առ ա̃ծ. ոչ բան 'ի շրթանց, այլ բան յա̃յ ա̃ծ։

Մի՛ լսեր յինէն, այլ 'ի Յովհաննէ, որ անկաւ զլանջօքն տէրունականօք, և լուաւ զճշմարիտն։ Մի՛ յինէն և մի՛ 'ի Յովհաննէ, այլ 'ի ս̃բ հոգւոյն՝ որ 'ի նմանէ խօսեցաւ։ Նա հայր անծին, և որդի ծնունդ. էն յէականէ անտի, կեանք 'ի կենաց։ Որպէս հայր, ասէ, ունի կեանս յանձին իւրում, նոյնպէս և որդւոյ ետ ունել կենդանութիւն. ոչ եթէ նախ ծնաւ՝ և ապա ետ զկենդանութիւն, այլ կենդանականն՝ կենդանի կեանս ծնաւ, և արարիչն՝ արարիչ և դատաւոր։ Վասնզի ոչ թէ պիտակութեամբ իբրև եկամուտ ունիցի զհօրն զօրութիւն, այլ բնութեամբ հանդոյն նմին. ըստ այնմ որ յաւետարանին կայ, թէ ամենայն որ ինչ հօրն է՝ այն իմ է. և ես և հայր իմ մի եմք. և որ ետես զիս՝ ետես զհայր իմ։

Զամենայն ինչ՝ զինչ հօր է, նոյն և որդւոյ. բայց միայն զի հայր չէ. և ամենայն ինչ՝ զինչ որդին է, նոյն և հայր. բայց միայն զի որդի չէ, և մարմին ոչ էառ. և ամենայն ինչ՝ զինչ հայր է և որդի, նոյն և հոգին ս̃բ. բայց միայն զի հայր և որդի չէ, և ոչ մարդ եղև որպէս որդին։ Կենդանի է հայր. կենդանի եմ ես ասէ տ̃ր զօրութեանց։ Կենդանի է և որդին. ես եմ ասէ կեանք և լոյս և ճշմարտութիւն։ Կենդանի է և հոգին ս̃բ. մարմին ինչ ոչ օգնէ, այլ հոգին է՝ որ կենդանի առնէ։

Այս մի է տէր, և մի ա̃ծ, և մի թագաւոր. և ոչ տեարս, և ոչ ա̃ծս, և ոչ թագաւորս դաւանեմք զս̃բ զերրորդութիւն. ըստ այնմ զոր սերովբէքն աղաղակէին 'ի տաճարին, ս̃բ, ս̃բ, ս̃բ. երիցս ս̃բ, և միանգամ տէր. քանզի մի է տէրութիւն հօր և որդւոյ և հոգւոյն ս̃բ։ Մի տէր և ա̃ծ հայր. քանզի և ոչ գոյ այլ ա̃ծ հայր. և մի տէր և ա̃ծ որդի. քանզի ոչ գոյ այլ որդի. և մի տէր և ա̃ծ ս̃բ հոգին, քանզի ոչ գոյ այլ հոգի ա̃ծ, բայց յա̃յ հոգւոյն։ Մի է ա̃ծ հայր, յորմէ ամենայն ինչ. և մի տէր Յս̃ Ք̃ս, որով ամե-

1 Բնաւ բան՝ կայր միայն 'ի Ճ։

tus vero semper erat, et sempiternus apud Genitorem est: non sermo in ore Dei, sed *Deus apud Deum*; non verbum ex labiis, sed *Verbum, Deus de Deo*.

Noli a me audire, sed a Joanne, qui incubuit supra pectus Dominicum, et verum audiit. Nec a me, neque a Joanne, sed a Sancto Spiritu in eo loquente. Erat Pater ingenitus, et Filius genitus, Ens ab illo Ente substantiali, vita e vita. *Sicut*, ait, *Pater habet vitam in se ipso, ita et Filio dedit habere vitam*. Non quasi prius genuerit, et post modum dederit ei vitam, sed vitalis Ens (vel Vivens) viventem vitam genuit, et Creator creatorem judicemque. Non enim improprie velut adscititiam habet Patris virtutem, sed ex natura aequalis ei fuit: juxta illud, quod in Evangelio exponitur, quod *Omne quod Patris est, illud meum est*. Et, *Ego et Pater meus unum sumus*. Et, *Qui vidit me, vidit Patrem meum*.

Omnia quaecumque Patris sunt, eadem et Filii, nisi solum, quod non est Pater: et omne quicquid Filius est, idem et Pater, nisi solum modo, quod non est Filius, nec carnem sumpsit: atque omne quidquid Pater est, et Filius, idem et Spiritus Sanctus, praeter quod non est Pater et Filius, neque homo factus est, sicut Filius. Vivit Pater. *Vivo ego*, inquit, *Dominus virtutum*. Vivit et Filius. *Ego sum*, ait, *vita, et lux, et veritas*. Vivit et Spiritus sanctus. *Caro nihil juvat, sed spiritus est, qui vivificat*.

Unus est etiam Dominus, et unus Deus, et unus Rex; non Dominos, nec Deos, neque Reges profitemur Sanctam Trinitatem: secundum quod Seraphim clamabant in templo, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; ter sanctus, et semel Dominus. Siquidem unus est Dominatus Patris et Filii et Spiritus Sancti. Unus Dominus et Deus, Pater; non est enim alius Deus Pater. Et unus Dominus et Deus, Filius; non est enim alius Filius. Et unus Dominus et Deus, Spiritus Sanctus; non est enim alius Spiritus Deus, nisi Dei Spi-

նայն լինչ. և մի հոգի [1] ամենասուրբ՝ որ զամենայն նո-րոգէ և սրբէ ։ Մի մկրտութիւն, և մի եկեղեցի պօ-ղոս քարոզէ. ոչ ինքն, այլ զորմէ ասէրն, թէ զփորձ ինչ խնդրէք զՔի՝ որ ի նմա ընդ ձեզ խօսի ։

Նման հայր զորդի, և ոչ եթէ 'ի ծնունդն փո-խեցաւ, այլ է հայր՝ հայր, և որդի՝ որդի, և հոգի սբ՝ հոգի սբ ։ Նման որդի, և ոչ եթէ 'ի հայր փո-խեցաւ. զի [2] ոչ յանարգանս կամ յանկանծուն է որ-դի հօր, այլ 'ի զիտութենէ անծնին ծնունդն ։ Մի թերահաւատեսցուք յանծանկան ծննդենէն. մի ար-համարհեսցուք և զնորին մարմնական ծնունդն. մի աղարտեսցուք և զկամաւորն աղքատութիւն ։ Պատիւ հրեշտակաց առաջինակաց կայանք. պատիւ միածնին՝ նստելն ընդ աջմէ հօր [3] ։ Հրեշտակի և անուանն սպա-սաւորութեան է, և հրեշտակապետին՝ զլուխ սպա-սաւորութեան ։ Իսկ ած առ ած ասել՝ անուն այ է ։ Մի ած առ ած, և ոչ ածք. քանզի ոչ երկուս անծինս [4], և կամ երկուս ծնունդս խոստովանիմք, այլ միա-ծին (կամ մի անծին), և մի ծնունդ. և մի հոգի ճշմարտութեան՝ որ 'ի հօրէ ելանէ ։

Երիս՝ և մի, մի՝ և երիս. քանզի միութիւն սբ եր-րորդութեանն դաւանեմք՝ յերիս կայս [5] կատարեալ անձանց ։ Զի ոչ անձն հօր՝ է անձն որդւոյ, և ոչ անձն որդւոյ կամ սբ հոգւոյն՝ է անձն հօր. թէպէտ և անզատ 'ի միմեանց 'ի միոջէ էութենէ հօր և որդի և հոգին սբ ։ Զի միածին որդին՝ որ յառաջ քան զյաւիտեանս, է և 'ի հօրէ՝ և առ հայր. ած առ ած. և նոյն՝ մարդ ընդ մարդկան. ոչ անկեալ յածութենէն, թէպէտև մարմնացեալ գտանի. ոչ քայքայեալ յառաջին ծննդենէ անտի, թէպէտև մարմնական ծննդեամբ 'ի կուսէն երևեցաւ մարմնով ծնեալ ։ Նա՝ և մինչդեռ յորովայնի կուսին էր, ոչ էին 'ի նմանէ թափուր

1 Յաւելու Ձ. և [illegible] ։

2 Ըստ Ձ ։ յաւելուած զի ։

3 Ձ. յաւելու [illegible] հօր ։

4 Ձ. երկուս անծինս. իսկ օրինակն, երկուսածինս ։

ritus. Unus est Deus Pater, ex quo omnia: Unus Dominus Jesus Christus, quo omnia: et unus Spiritus Sanctissimus, qui omnia renovat et sanctificat. Unum baptismum et Unam Ecclesiam Paulus praedicat, non ipse, sed ille de quo dicebat, *si experimentum aliquod quaeritis Christi, qui per me vobiscum loquitur*.

Genuit Pater Filium, non tamen in Genitum suum mutatus fuit: sed est Pater, Pater; et Filius, Filius; et Spiritus Sanctus, Spiritus Dei. Genitus est Filius, nec tamen in Patrem mutatus est: non enim in opprobrium vel in explosionem est Patris Filius, sed ex scientia Ingeniti Genitus. Ne diffidamus de Divina generatione. Ne contemnamus et ipsius carnalem nativitatem. Ne pessumdemus et voluntariam paupertatem. Dignitas Angelorum, honor coram standi est: Dignitas Unigeniti, sedere a dextra Patris. Angeli vel nomen ipsum, ministerii est; et Archangeli, principatus ministerii. *Deum* autem *apud Deum* dici, nomen Dei est. Deum, inquam, apud Deum, non Dii. Non enim duos Ingenitos, neque duos Genitos confitemur, sed Unigenitum (vel Unum Ingenitum), et unum Genitum, et unum Spiritum veritatis ex patre procedentem (1).

Tres, et Unus; Unus, et Tres. Quia unam essentiam Sanctae Trinitatis profitemur, in tribus subsistentiis (2) perfectarum personarum. Non enim persona Patris est persona Filii; neque persona Filii aut Spiritus Sancti est persona Patris: quamquam jaminde ex una ipsa essentia Patris est Filius, et Spiritus Sanctus. Quoniam Unigenitus Filius, qui ante saecula, est et ex Patre et apud Patrem, Deus apud Deum; et idem Homo cum hominibus: non decidens a Divinitate, etsi incarnatus comperitur: non deturbatus a prima sua nativitate, etsi per carnalem nativitatem ex Virgine apparuit in carne natus. Imo etiam dum

5 իմն ենթակայութեն:

(1) Videbis infra, etiam ex *Filioque* supponere auctorem.

(2) Կայս. exprimit Gr, *hypostases*: velut ենթակայութիւն:

երկինք և երկիր և ամենայն արարածք ։

Անծնին ա̃յ հօր, և ծնելոյն [1] 'ի նմանէ որդւոյն միածնի, և որ հոգւոյն ելողին 'ի նոցունց էութէ, երիցն 'ի միում էութե [2], ամենայն փառք՝ այժմ և միշտ, և յաւիտեանս յաւիտենից. ամէն ։

ՃԱՌ. Բ.

Սրբանելոյն Սեբերիանոսի Եմեսու եպիսկոպոսի ասացեալ ։

Որդիս լուսոյ լուսաւորեն ճառագայթք, և լուսոյն պատգամքն պայծառացուցանեն ։ Այս ա̃ծապաշտաց՝ ա̃ծպաշտութիւնն է, որ զմեզ և զմառախուղ անգիտութեան փարատէ ։ Այս ճշմարտութեան՝ յուսումնասէրս ծագէ. որպէս երևելի լոյս՝ մարմնոյ լուսաւորութի է, նոյնպէս և հոգւոյն՝ ճշմարտութիւն ։ Եւ որպէս ցորեկ [3] ընտրեմք 'ի միմեանց զհիւանդն և զառողջն, զգեղեցիկն և զտգեղն, զխոնարհն և զբարձրն, զհարթն և զդժերբուկն. զճանապարհն և զմոլորութիւն, զփուշն և զբարունակն, զտիղմն և զաղբերս. և զցայգ՝ ամենայն երևեոք (երևոյթք) ։ Նոյնպէս եղբարք, և ճշմարտութիւն ծագեալ՝ զանգիտութիւն ծածկէ, և զառողջութի հաւատոցն ցուցանէ, և զհիւանդութի անհաւատութեան. զգեղեցկութի ցածութեան, և զտգեղութի զեխութեան. զվատթարութի ամբարշտութեան, և զհարթութի ուղղութեան. զկամակարութի չարութեան. զբարունակս առաքինութեան, և զփուշս մեղաց. զտիղմն ցանկութե, և զաղբիւրս արդարութեանց ։

Վասն այնորիկ իսկ երանելին Դաւիթ զլոյսն և զճշմարտութիւն միով նուագաւ նուագեալ հնչէ, թէ առաքեա զլոյս քո, և զճշմարտութի քո ։ Ո՛ր լոյս

1 Ճ. ծնիցելոյն ։ Նոյն, երիցն 'ի միում էութե, փա_

2 Ճ. երիցն միութե. իսկ օրի. խառնակ գրելոյ՝ 'ի միում էութե ։

in utero Virginis erat, non erant ab ipso vacui caeli et terra, universaque creatura.

Ingenito Deo Patri, et Genito ab ipso Filio Unigenito, et Spiritui Sancto procedenti ex illorum essentia (1), tribus in una substantia, omnis gloria, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA II.

Beati Severiani Emesensis Episcopi (de Incarnatione).

Filios lucis illuminant lucis radii, et lucis oracula clarificant (eos). Lux piorum pietas est, quae nebulam ac caliginem ignorantiae repellit. Lux veritatis in studiosos (suos) fulget. Sicut visibilis lux, corporis est illuminatio, sic et animae veritas. Et sicut die secernimus inter se invicem infirmum et sanum, pulchrum et deforme, humile et altum, planum et salebrosum, viam et deviationem, spinam et ramum, coenum et fontes; nocte vero omnia visum fugiunt (vel phantasmata sunt). Similiter, fratres, et veritas orta ignorantiam operit, et sanitatem fidei ostendit, ac insaniam infidelitatis; pulchritudinem modestiae, et deformitatem luxuriae; pravitatem impietatis, et aequitatem rectitudinis; pertinaciam malitiae; palmites virtutis, et spinas peccati; coenum cupiditatis, et fontes justitiae.

Propterea nimirum beatus David lucem et veritatem una modulatione decantans sonat, *Mitte*, inquiens, *lucem tuam, et veritatem tuam*. Quam lucem ac veri-

3 Փոխանակ զերեւոյ՝ չերեւի։

(1) Celeberrimus locus ad veritatem processionis Spiritus Sancti *ex Patre Filioque* confitendam.

և զճշմարտութիւն կամիցի առաքել։ Յայտ իսկ է, եթէ զայն լոյսն, զորմէ յովհաննէս ասէ, թէ էր լոյսն ճշմարիտ, որ լուսաւոր առնէ զամենայն մարդ՝ որ գալոց է յաշխարհ։ Զի տէր մեր յիսուս քրիստոս է լոյս ճշմարիտ, ճառագայթ աստուածպաշտութեան, արդարութեանն արեգակն, արեւելք ճշմարտութեան. որ 'ի բարձանց ծագէ, և յերկրէ լուսաւորէ. 'ի բարձանց՝ ըստ աստուածութեան պատուով ծագէ, և յերկրէ՝ ըստ մարմնոյ տնտեսութեան 'ի վեր ամբառնայ։ Արեւելք՝ որ է իմանալի լոյսն, 'ի բարձանց ծագեալն՝ ըստ երանելոյն զաքարիայ հօրն յովհաննու կարապետին, որով եղեւ մեզ ասէ այցելու արեւելք 'ի բարձանց։ Այն արեւելք դարձեալ յերկրէ ծագեն, զորմէ նորին անուանակիցն զաքարիաս յերկոտասան մարգարէսն ասէ, եթէ ահա այր, և անուն նորա արեւելք։

Այս ուստի՞ ծագէ, դաւիթ մեկնէ, ճշմարտութիւն յերկրէ ծագեաց։ Ո՞ր ճշմարտութիւն։ Մի՛ յինէն ուսանիր, այլ անդստին 'ի կենարարէն ամենեցուն. Ես եմ ասէ ճանապարհ և ճշմարտութիւն և կեանք։ Որ և յառաջագոյն իսկ ասացաւ յառաջինն խօսսն, թէ պարզ և տարած բնութիւն է, անբաժին և անմարմնական, և անկերպարան. որպէս և ծնօղն նորա հայր։ Այս ազգի ազգի յորջորջմունս[1] յանձն առնու առ իւրում բարերարութեանն. կոչի և ճանապարհ, առ 'ի զմոլորութիւնն հալածելոյ. և ճշմարտութիւն, առ 'ի զստութիւն եղծանելոյ. և կեանք, առ 'ի զմահն քակելոյ։

Այս տես, զի՞արդ բազում անգամ զգենու յորջորջմունս, որ հակառակ իմն թուին բանիւք, և միաբանին արդեամբք։ Այն՝ հովիւ. նոյն՝ ոչխար. Ես եմ ասէ հովիւ քաջ։ և զի՞արդ ոչխար. յովհաննէս ասէ, ահաւասիկ գառն աստուծոյ։ Այս որ կամին օտարութիւն այլ և այլ անուամբք մուծանել՝ ասեն, զի՞արդ, ոչխարի և հովուի մի բնութիւն իցէ. մի թէ բաժանեսցի՞ քրիստոսի բնութիւն պէսպէս յորջորջմամբք. և յայտ երեւի, եթէ ոչ էութեան, այլ գործոյն իսկ են նշանակիչ ազգի ազգի անուանքն։ Կոչէ զանձն հովիւ, ան

1 Գրեալ էր, յորջորջմանս։ լաւ եւս զկնի, յորջորջմունս։

ritatem velit mitti? Patet quod eam lucem, de qua Joannes dixit, quod *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in (hunc) mundum*. Quoniam Dominus noster Jesus Christus est lux vera, splendor pietatis, justitiae sol, Oriens veritatis, qui ex alto oritur, et de terra illuminat: ex alto secundum Divinitatem honorifice oritur, et de terra secundum corporis dispensationem sursum elevatur. Oriens, qui est intelligibilis lux ex alto orta, secundum beatum Zachariam patrem Joannis Praecursoris: *quo fuit*, ait, *nobis visitator Oriens ex alto*. Idem itidem Oriens de terra ortus: de quo ejusdem nominis Zacharias in duodecim Prophetis dicit, quod *Ecce vir, et nomen ejus Oriens*.

Unde vero oriatur, David interpretatur. *Veritas de terra orta est*. Quae veritas? Noli a me discere, sed ab ipso universorum Salvatore. *Ego sum*, inquit, *via et veritas et vita*. Quique, ut in primo sermone jam dictum fuit, simplex et pura natura est, indivisa et incorporea, forma carens; sicut et genitor suus Pater: verum varias appellationes ultro suscipit ob suam benevolentiam. Vocatur itaque *via* ad persequendum errorem, et *veritas* ad evertendum mendacium, et *vita* ad destruendam mortem.

Et vide, quomodo multoties sui facit nuncupationes, quae contrariae videntur verbo tenus, concordant autem rebus ipsis. Idem pastor, idem ovis (dicitur). *Ego sum*, ait, *pastor bonus*. Et quomodo ovis, Joannes asseruit, *Ecce agnus Dei*. Qui vero volunt abalienationem inducere diversis nominibus, opponunt dicentes: Quomodo ovis et pastoris una sit natura? Num dividatur Christi natura per varias appellationes? Liquet ergo, quod non essentiae, sed operationis utique indicia sunt diversa nomina. Pastorem se

ուանի և ոչխար. կովի և քահանայ, յորջորջի և տաճար քահանայի: Ըստ այնմ, դու ես քահանայ ըստ կարգին Մելքիսեդեկի. և տաճար, ըստ այնմ, եթէ քակեցէք զտաճարդ՝ և յերիր աւուր կանգնեցից զդա:

Խլեսցի՛ 'ի բաց ամենայն մոլորութիւն, և կալցի և տիրեսցէ ամենեցունց Թագաւորեալ[1] ճշմարտութիւն: Եւ զի Տէր մեր Յիսուս Քրիստոս անուանեաց զանձն իւր որթ, որպէս էր, և 'ի հանդիսին անցուցաք, և զհայր մշակ, ոչ այլակերպութիւն ինչ 'ի բնութեան մուծանելով, այլ զիւրոյ զտնտեսութեան զխորհրդութիւն պատմելով: Քանզի ամենայն ինչ որ 'ի հնումն ժողովրդեանն տուաւ, եղծաւ. տուաւ քահանայութիւն, և ապականեցաւ. տուաւ թագաւորութիւն. տուաւ մարգարէութիւն. եղև որթ տաշտապեղ իսրայէլ, որպէս և ասէ Երեմիա մարգարէ, և փոխանակ պտղոյ աստուածպաշտութեան եբեր անիրաւութիւն: Սմին հանգոյն և Եսայի ասէ, եթէ կացի մնացի խաղողոյ, և եբեր փուշ. և քանզի ետես զամենայն եղծեալ և հնացեալ 'ի ծուլութենէ, եկն և անձամբ նորոգեաց զամենայն: Լինի ամենայն ամենեցուն. ոչ ինքն բաժանեալ, այլ ըստ մի տեսութեան զամենայն յարդարեաց:

Եւ զի այս ամենայն եղծեալ և ապականեալ էր 'ի մէջ հրէից, վկայեն գիրք. քահանայք նոցա, ասէ, չասէին՝ թէ ուր իցէ Տէր, և մարգարէք նոցա արծաթով հմայէին, և առաքեալք նոցա ոչ ծանեան զիս, և իշխանք նոցա անարգեցին զիս, և ժողովուրդ իմ ոչ ծանեաւ զիս: Եւ քանզի ամենայնին, և աստուածպաշտութեան կարգք եղծան, եկեալ անձամբ իւր յարուցանէ զքահանայութիւն, և կանգնէ զթագաւորութիւն, և նորոգէ զմարգարէութիւնն, և զամենայն եղծեալսն և զապականեալսն իւրովք շնորհօքն նորոգէ: Եղծաւ քահանայութիւն. ինքն եղև քահանայ. զորմէ ասէ առաքեալն, եթէ այնպիսի քահանայապետ ունիմք՝ որ նստաւ ընդ աջմէ մեծութեան 'ի բարձունս: Եւ զի բարձաւ թագաւորութիւն հրէից, եկն եմուտ թագաւորն մեր. զորմէ ասէ նաթանայէլ,

1 Կամ Թագաւորել:

vocat, nominatur et ovis, appellatur et sacerdos, nuncupatur et templum sacerdotis, juxta illud: *Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedec*. Et templum, secundum illud: *Solvite templum hoc, et in tertia die excitabo illud*.

Evellatur itaque omnis error, et teneat ac dominetur universis veritas regnans. Quod autem Dominus noster Jesus Christus nominavit se vitem, quomodo autem erat, probavimus: et Patrem agricolam, non dissimilitudinem aliquam in naturam introducens, sed suae dispensationis renovationem (1) referens. Quoniam omnia quae in veteri (lege) populo data fuerant, destructa sunt. Datum est sacerdotium, et corruptionem subiit. Datum est regnum, concessa fuit prophetia: *fuit vitis pulchri sarmenti* Israel, quemadmodum dicit Jeremias propheta, et pro fructu pietatis tulit injustitiam. Similiter ei et Isaias dicit, quod *Expectavi uvam, et tulit spinam*. Quia vero vidit omnia destructa et veterata ex pigritia, venit et per se renovavit omnia. Fit omne omnibus, non ipse divisus, sed secundum unam contemplationem omnia concinnavit.

Quod autem omnia haec destructa corruptaque erant inter Judaeos, testatur Scriptura. *Sacerdotes eorum*, inquiens, *non dicebant, ubi sit Deus, et prophetae eorum argento hariolabantur, et apostoli eorum non noverunt me, et principes eorum comtempserunt me; et populus meus non novit me*. Et quia omnia una cum ordine pietatis depravata sunt, veniens per se ipsum resuscitat sacerdotium, erigitque regnum, et renovat prophetiam, atque omnia destructa corruptaque reparat per gratiam suam. Corruptum erat sacerdotium: ipse sacerdos extitit; de quo ait Apostolus, quod *talem habemus Pontificem, qui sedit a dextra majestatis in excelsis*. Quia vero sublatum fuit regnum Judaeorum, veniens ingressus est Rex Sanctorum: de quo Nathanael dicit, *Rabbi, tu es filius*

(1) Ceu renovationem factam per suam dispensationem.

զարդք զնոսացեն 'ի նոսա ։ Զիմանալն զաւգտողորդն, և ոչ զգտեալն և զընտրեալն յարդարութեան մտաց, զկենաց տալ Ածութեան պատուոյ, և զկեանս նորին մարմնաւոր տեսչութեան, և վասն այնորիկ խառնեցին զամենայն ընդ միմեանս՝ և եղծին. և միգով մոլորութեան լցին զամենայն տիեզերս ։

Վասնզի փրկիչ և Տէր և մարդասէր եկն յաշխարհս վասն մեր, ոչ հեռացեալ 'ի պատուէն՝ զոր յառաջ քան զյաւիտեանս ունէր. այլ զարդարեաց վասն մեր մարդասիրութբն, եցոյց զերկուս լուսաւորս նկարագիր Ճշմարտութեան, զԱծութեան նշանօքն, և զմարդկութեան չարչարանօք. քանզի եմուտ ընդ չարչարանօք անչարչարելին չարչարելեաւն [1], ոչ ընդ այնու կարեօք որ 'ի մեզս տանիցին, այլ որ զհասարակաց բնութեանս պատուեալ իցեն ։ Վասնզի մարմին և ոգի ծառայեն կարեաց՝ որ 'ի մեզս տանիցեն. և որ այնց կարեաց արտաքոյ է, արտաքոյ է և քան զմեզս ։ Այսպիսի ինչ է ։ Վասնզի քաղցնուլ և ծարաւել, վաստակել և ննջել՝ մարմնոյն կարիք են, այլ ոչ եթէ 'ի մեզս համարիցին. իսկ պոռնկութի, և պղծութի, և անառակութի՝ որ զմարմնոյ գեղեցկութի պղծեն, այն կարիք մեղաց են ։ Պարծեալ և ոգին ունի պատուեալ զիւրեաւ կարիս յարարչէն բնութ ընկալեալ զկարեւորսն փրկութե, զերկիւղն, զտրտմութիւն, և զցասումն. և եթէ աւանձին քննեսցին [2], կարիք կոչին, բայց չափով և 'ի ժամանակի՝ օգնական բնութեանս մերում ։

Իսկ մեր գիր. զոյ ցասումն արդար, և բարկութի արդարութեան անուանեալ. ոչ որ վայրապարն բորբոքեսցի, այլ որ յԱծային արդարութեն շարժեսցին 'ի ցասումն, բազում ինչ՝ 'ի հոգւոյն ոճյ աղդեցութե, և ոչ որ վայրապար ոք ցասնուցու, այլ յորժամ վասն Ածպաշտութե զայրասցի. և վկայէ գիր,

1 Զայս բան հանդերձ յաջորդովքն յերկար յառաջ բերէ Յովհան իմաստասէր 'ի Ճառն որ ընդդէմ երեւութականաց 'ի համարն. կ0. տակաւ. [2] Զօրն առաւելաշնորհն սեւերիանոս տ սեր զարարաչացուց եղխեզութն 'ի անօրէնութեան փրկչին բանի. Անչարչարելին առէ չարչարի չարչարելեաւն ||. և այլն ։

ter se invicem, et depravarunt, atque caligine erroris adimpleverunt totum universum.

Quoniam Salvator Dominusque hominum amantissimus venit in mundum propter nos, nullatenus autem hoc abfuit a sua dignitate, quam habebat ante saecula, sed adornavit (rem) propter nos benignitate sua, monstravit duo luminaria ad descriptionem veritatis, Divinitatis nempe miraculis, et humanitatis cruciatibus. Siquidem cruciatum subiit qui pati non poterat, per doloribus obnoxium (corpus) (1); haud illas affectiones subiit, quae in peccatum conducant, sed quae afficiunt communem naturam. Quoniam corpus et anima serviunt etiam affectionibus in peccatum conducentibus; qui tamen extra illas affectiones est, extra est etiam peccata. Ut, esurire et sitire, fatigari et dormire, corporis sunt affectiones, non tamen in peccatum censentur. At fornicatio, et immunditia lasciviaque, quae corporis decorem contaminant, affectiones sunt peccati. Praeterea et anima habet circumpositas sibi affectiones a Creatore, ex ipsa natura, suscipiens saluti necessaria, timorem, tristitiam, iram. Quae si separatim examinentur, affectiones (passiones) vocitantur; moderate tamen et pro tempore, adjutrices sunt naturae nostrae.

Attende autem: datur indignatio justa, quaeque ira justitiae nominatur; non frustra ardens, sed ex divina justitia aestuans, ut plurimum ex flatu Spiritus Sancti. Non quod frustra quis indignetur, sed quando propter pietatem in iram moveatur. Testatur autem Scriptura, dicens: *Venit Spiritus Domini super*

(1) Haec cum sequentibus citat sub nomine ejusdem Severiani Gabalensis Episcopi ex ipsa nostra lectione Armena Joannes Philosophus Ozniensis, sub initio Saeculi VIII. Vide in Oratione ejus Arm. et Lat. a nobis edita. num. 40. pag. Arm. 92. et Lat. 85.

եկն ասէ հոգի մն 'ի վերայ Սաւղի[1], և ցասեաւ ։ Յորժամ արդար ցասումն վասն արդարութեանց 'ի կիր արկանիցի՝ զայն գովեսց ։ Յորժամ ընդդէմ ամբարշտութեան վառեսցի, յորժամ զհերձուածողսն կործեցուցանել իցէ, յորժամ վասն փառաց Մեծի արքային պատերազմն իցէ, անդ զցասումն ցուցանել լաւութի է, և Թագուցանել՝ նենգութի ։ Միտ դիր եղբայր և ցանկութեն, մի այնմ որ 'ի մեղս արկանիցէ, այլ այնմ որ զարդարէ զազգս օրինաւոր ամուսնութե ։ Միտ դիր երկեղին, մի որ զուր ինչ իցէ, այլ որ յօգուտ և 'ի շահ. զի ուր երկեղ այ իցէ, պարգևք բարութեն են. և ուր երկեղ ամբարշտութե, անդ գործք մոտիք ։ Երկիւղ ասեմ, զկարիս մարմնոյ և ոգւոյ՝ որ արտաքոյ քան զմեղս իցեն, կալաւ յանձին կենարարն մեր ։ Նաղցեաւ ըստ մարմնոյ, ծարաւեցաւ, վաստակեցաւ, ննջեաց. և այնու ոչ եԹէ զմծութիւնն ինչ Թշնամանեաց, այլ վասն զմարմնոյն բնութին ճշմարտութե յայտ առնելոյ ։ Նոյնպէս և ըստ շնչոյն երկեաւ, տառատամնեցաւ, տրտմեցաւ. տրտում է, ասէ, շունչ իմ մինչև 'ի մահ. և դարձեալ Թէ սկսաւ տրտմել և տառատամնել. և այն չէին կարիք մեղաց, այլ բնութե մարմնոյն ծանուցիչք ։

Իսկ զի և ս յայտ առնել առնիցէ կենարարն, եԹէ այնպիսի բանք չվայելեն մծութեն, այլ մարմնոյն, մեկնէ աշակերտացն, եԹէ զինչ օրինակ կարեացն իցէ, տրտում է ասէ շունչ իմ մինչև 'ի մահ, արԹուն կացէք, զի մի մտանիցէք 'ի փորձութիւն. և անդէն վաղվաղակի ասէ, հոգիս յօժար է, բայց մարմինս տկար է. և այնպէս ամենևին ցուցանէ ճշմարտութե զմծութեն պատիւն, և զմարմնոյն տնտեսութի ։ Եկեր իբրև զմարդ, կերակրեաց իբրև զմարդասէր ։ Իսկ առաւել այն զարմանալի է, զի մինչ դեռ խնդրէք ըմպել՝ արբուցանէ զտիեզերս. զկինն սամարացի ասէ՝ տուր ինձ ըմպել. և զաղաղակ բարձեալ ասէ, եԹէ ոք ծարաւի իցէ՝ եկեսցէ առ իս և արբցէ ։ Ննջէ 'ի ծովուն առ 'ի ճշմարտելոյ զմարմնոյն բնու-

[1] Այսինքն Սաւուղի. կամ Սաւուղայ. որպէս Թէ Հա.

Saul, et indignatus est. Quum ira justa propter justitias usurpetur, illam laudavit. Quum adversus impietatem ardeat, quum ad haereticos deprehendendos feratur, quum propter gloriam magni règis sit dimicatio, ibi iram demonstrare probitas est, occultare vero dolus. Observa, frater, et cupiditatem, non illam quae in peccatum mittat, sed eam quae exornat generationes per legitimum matrimonium. Observa timorem, non qui gratis sit, sed qui in utilitatem et emolumentum. Ubi enim timor Dei sit, dona sunt bona: et ubi timor impietatis, ibi opera inania. Timorem, inquam, affectionem corporis et animae praeter peccatum in se recepit Salvator noster. Esurivit secundum carnem, sitivit, defatigatus est, dormivit: his autem non divinitatem umquam injuria adfecit, sed ut corporis naturam vere declarasset. Pariter secundum animam metuit, sollicitus est, timuit: *Tristis est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*. Et iterum, *coepit tristari et sollicitus esse*. Haec autem non erant affectiones peccati, sed naturae corporis indicia.

Ut autem evidentius patefaceret Salvator hujusmodi verba non Divinitati convenire, sed carni, exponit discipulis, qualis sit modus adfectionum illarum. *Tristis est*, inquiens, *anima mea usque ad mortem; vigilate, ut non intretis in tentationem*. Et illico subdit: *Anima quidem prompta est, caro autem infirma*. Atque sic omnino declarat in veritate Divinitatis honorem, et carnis dispensationem. Manducavit ut homo, cibavit sicut hominum amator. Magis autem illud mirum est, quod dum poscebat bibere, potat universum. Ad mulierem Samaritanam dicit, *Pota me:* et clamans dicebat, *Siquis sitit, veniat ad me, et bibat*. Dormit in mari ad verificandam carnis naturam; et surgens, in somnum vertit undas maris: ut discas, quod et dor-

տուեալ, չաւուրեալ. որպէս լինի և Հաստատուն, չափաւորեալ են չափելոյ.

թի, և յարուցեալ՝ 'ի քուն առնէ զայլս ծովուն, զի ուսանիցիս, թէ և՛ ննջէ և՛ 'ի քուն առնէ ։ Յառաջագոյն տեսանէ իբրև զա̄ծ զամենայն ինչ՝ որ ընդ ամենայն տեղիս գործէր, և շրջէր 'ի կողմանս գալիլեացւոց իբրև զմարդ. և եկեալ կայ հանդէպ բեթանիայ գեօղջն ղազարու, անջրպետութի̄ տեղեացն վասն բացեայ և 'ի մօտ ցուցանէ զանձն. և զօրութի̄ ա̄ծութեն զամենայն յառաջագոյն գիտէ. պատմէ 'ի գալիլեա որ ինչ 'ի հրէաստանի գործք գործէին. զղազար, ասէ, բարեկամ մեր ննջեաց. և որ չէր մօտ 'ի տեղիսն՝ տեսանէր զամենայն որ ինչ 'ի տեղիսն գործէր. եկեալ կայ 'ի վերայ գեօղջն, և ասէ, ո՞ւր եդիք զնա. և ո՞վ իշխեսցէ ամբաստանութի անգիտութեան զքեզ յառաջ բերել վասն հարցանելոյն, թէ ո՞ւր եդիք զնա ։ Այլ եթէ գայթակղեցուցանիցեն զքեզ ինչ բանքն, ա̄ծ զմտաւ, զի այնպիսի ինչ բանք և զհօրէն քո̄ի ասացեալ են. միթէ անգիտութեա՞ն բարբառ իցէ և հօրն ասելն, թէ ո՞ւր ես ադամ. և այս բարբառ այն բարբառոյ ընկեր է ։ Հարցանէ քո̄ թէ ո՞ւր եդիք զնա, հարցանէ և ա̄ծ 'ի հին կտակարանին, թէ ո՞ւր է աբէլ եղբայր քո ։

Այլ թերևս ասիցէ ոք, եթէ այդ չէ՛ լուծումն խորհրդոյդ, այլ յաւելուած տարակուսանաց. քանզի զի յայտ արարեր՝ թէ ոչ միայն քո̄ հարցանէ, այլ և հայրն քո̄ի ։ Եթէ այնպէս իցէ, և միտք են հարցուածոյն մեկնեսցին և՛ հօր և՛ որդւոյ. ուսի՛ր նախ զմիտս նորա, որ անդէն եհարց, և զորա աստ ։ Բայց յորժամ ասիցեմ, թէ զնորա անդ, և զորա աստ, ոչ այլում զնա ասեմ, և ոչ այլում զսա. այլ որ ինչ յաւետարանին ասացեալ է, 'ի հայր հանեմ. և որ ինչ 'ի հնումն, որդւոյ մատուցանեմ ։ Քանզի չիք ինչ՝ ոչ 'ի նորոյս և ոչ 'ի հնոցն, թէ առանց քո̄ի զօրութեն եղև. որպէս և յովհաննէս վկայէ՝ ոչ միայն զարարչութեն, այլ զմնաւ իսկ զանտեսութեն, ամենայն ինչ ասէ նովաւ եղև, և առանց նորա եղև ոչ ինչ որ ինչ եղեն ։

(1) Observa locum Evangelii similiter habitum in lectione Arm.

mit, et dormire facit. Praevidit sicut Deus omnia, quae ubique agebantur; et ambulabat in plagis Galileae sicut homo, atque adveniens stat e regione Bethaniae vici Lazari. Per intervallum locorum vel in distantia vicinum se demonstrat, et virtute Divinitatis omnia prius scit. Narrat in Galilea quae in Judaea opera agebantur. *Lazarus*, dicit, *amicus noster dormit*. Et qui non prope ad locum cum esset, videbat quicquid in loco illo ageretur, superveniens ad vicum, dicit: *Ubi posuistis eum?* Et quis audebit accusationem ignorantiae adducere de Christo propter interrogationem talem, *Ubi posuistis eum?* Quod si scandalum tibi ferant ista verba, considera similia verba de Patre quoque Christi dicta fuisse. Num ignorantiae vox sit et Patris dictum, *Ubi es Adam?* Haec ergo vox illi voci socia est. Interrogat Christus, *Ubi posuistis eum?* Interrogat et Deus in veteri testamento, *Ubi est Abel frater tuus?*

At forte quis dixerit, quod hoc non sit solutio mysterii, sed additamentum dubii: quippe qui manifestasti, quod non solus Christus, verum etiam Christi Pater sciscitatur. Si ita res se habet, ergo mens etiam interrogationis expandetur tam Patris, quam Filii. Disce itaque primum mentem ejus, qui ibi sciscitatus est, et deinde hujus hic. Verum quum dixerim, Ejus ibi, et Hujus hic, non alteri illud dico, et alteri istud, sed quicquid in Evangelio dictum fuerit, ad Patrem refero; et quicquid in veteri (testamento), Filio offero. Nihil enim est nec ex novis, neque ex antiquis, quod sine Christi virtute factum fuerit. Quemadmodum et Joannes testatur non modo de creatione, sed de tota quoque dispensatione, *Omnia*, dicens, *per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est* (1).

sicut citatum vides a Severiano: quamquam nonnulli Gr. patrum

Իսկ թէ զի՞նչ միտք հարցանելոյն իցեն ընդ կայեն , թէ ո՞ւր է աբէլ եղբայր քո , ուսի՛ր , զի հարցանելովն հորդորեցէ նմա ճանապարհ պատասխանատուութեան . զատոյ իբրև զարդար դատաւոր , և յապաշխարութի կոչէ իբրև զմարդասէր . ո՞ւր է ասէ աբէլ եղբայր քո . յատեան մուծանէ զնա որպէս դատաւոր : Իսկ նորա անզգամութեն կարծիս զհարցուածն համարեալ՝ թաքուցանել կամէր 'ի բարերարէն . չգիտեմ , ասէ , մի թէ պահապա՞ն ինչ էի ես եղբօրն իմոյ : Իսկ զի՞նչ . ա՛ռ 'ի միտ զնոյ դիտաւորութիւն . մեկնէ նմա որ զամենայն գիտէ , եթէ ես կամօք պատճառեցայ զանգիտութի . և դու համարէիր՝ եթէ առանց գիտութեն ինչ հարցանիցեմ : Ահա այսպէս իցէ , ուսի՛ր ըղգիտութի ամենագիտին , գոչիւն արեան եղբօր քոյ բողոք առնի առ իս յերկրէ :

Ուսի՛ր այսուհետև և զգիտաւորութիւն բարերարին , թէ յո՛ր միտս առաց ցհրէայս , թէ ո՞ւր եդիք զնա . ժողովք թատերց ապախտաւորաց էին , ժողովուրդ՝ որ ոչ կարէր 'ի միտ առնուլ զնոյ սքանչելիսն . մանաւանդ թէ իմանալին իսկ , և առ ապախտաւորութեանն ծածկել կամէին զսքանչելիսն . տեսանէր զնոսա խրախտեալս , և ընդ հենգն ելեալս սքանչելեացն . հայէր 'ի նոսա՝ զի տեսանէին զզօրութիւնն , և ուրանային զարուեստագործն . որպէս և վկայէ դաւիթ , թէ 'ի բազում զօրութեան քում ստեցին քեզ թշնամիք քո : Իսկ առ այն զի՞նչ գործիցէ . մարթ էր լռելեայն երթալ . մանաւանդ թէպէտև չէրթայր իսկ մարմնով , այլ զզօրութիւն առաքէր , և ճառագայթիւք զօրութեն կարող էր քակել զգերեզմանն , յարուցանել զմեռեալն , և ածել 'ի լոյս զխաւարագեալն . այլ կամի զապախտաւորսն իսկ վկայս սքանչելեացն . և կանխէ ձգէ նախ քան զցուցանել զգերեզմանն բազում ապախտաւորացն , ո՞ւր ասէ եդիք զնա : Եկ ասեն , և տես զգերեզմանն . և ասէ ցնոսա , 'ի բաց թաւալեցուցէք զվէմն : Որ աշակերտացն երաշխաւոր եղեր , և զանհաւատչեայ զզօրութիւն եսոր , եթէ ունիցիք ասէ հաւատս իբրև զհատ

velint aliter haberi interpunctionem. *Quod factum est, in ipso*

Quis autem sensus sit interrogationis ad Cain, *Ubi est Abel frater tuus?* disce, ut pote sciscitando viam illi parasset responsionis (sive justificationis). Judicat sicut justus judex, et ad poenitentiam vocat sicut benignus. *Ubi est*, ait, *Abel frater tuus?* In tribunal inducit eum tamquam judex. Ille vero ignorantiae opinionem putans interrogationem, occultare rem nitebatur benefactori. *Nescio*, dicit, *num custos ego eram fratris mei?* Quid ergo? Attende Dei intentionem. Explicat ei Omniscius, quod ego ultro simulavi ignorantiam: tu autem censuisti me sine scientia interrogasse. Si ita est, disce scientiam Omniscii: *Clamor sanguinis fratris tui appellat ad me de terra.*

Disce demum et intentionem benefactoris, qua mente dixerit ad Judaeos, *Ubi posuistis eum?* Congregatio spectaculi ingratorum erat; populus, qui nequibat intelligere divina miracula: imo satis intelligebant quidem, verum ob ingratitudinem obtegere volebant miracula. Videbat eos arrogantes illudentesque mira opera; aspiciebat in eos, quod videntes virtutes, negabant harum operatorem: sicut testatur et David, quod *In multiplici virtute tua mentiti sunt tibi inimici tui.* Quid ergo ad haec agat? Poterat tacite proficisci (in Bethaniam), imo sine profectione cum corpore virtutem mittere suam, atque per radios virtutis poterat dissolvere sepulchrum, suscitare mortuum, et in lucem educere detentum in tenebris; Sed tamen vult vel ipsos ingratos testes fieri miraculorum, et praeveniens trahit ad se multitudinem ingratorum ad ostendendum sepulchrum [1]. *Ubi* inquit, *posuistis eum? Veni*, respondent illi, *et vide sepulchrum*; *Dixit autem ad illos: Tollite lapidem.* Qui discipulis promisisti, et in pignus virtutem praestasti, dicens: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicitote monti, mutare, et mutabitur.* Qui, inquam, illis tantam

vita erat.

(1) Vel sic, antequam monstrassent sepulchrum.

մանանխոյ՝ տատասկիք լերինս , փոխեալց , և փոխեսցի . որ նոցա այնչափ իշխանութի պարգևեցեր , դու զմեզ մի փոքր 'ի դուռն գերեզմանին՝ չկարեցեր 'ի բաց թաւալեցուցանել : Այլ որպէս յառաջագոյն ասացի , վասն նորին պատճառանաց , զի անհաւան իրաւընտիրք և անհնազանդ տեսողք էին , և ասէին՝ խաբէութի ինչ և առ աչօք գործն իցէ մեռելոյն , պատճառեալ կայցէ 'ի կարծեցուցանող եկաւորութեն ունկնդիր լինել , վասն այնորիկ զնոսա իսկ ածէ 'ի գերեզմանն , զի յորժամ զվէմն թաւալեցուցանիցեն , և հոտ ընդ երեսս հարկանիցի , լիցի նոցա վկայ հոտ մեռելոյն , թէ արդարև մեռեալ է . զի յորժամ մեռելութե մեռելոյն հաւատասցեն , ապա և 'ի յարութեն չլինիցին երկմիտ :

Իսկ զի զայսպիսի հնարս հնարէր մն զինջանելն , անդէն կարգէին միտ դիր , և ուսանիս : Մատեաւ մարթա առ վէմն , և ասէ , տէր , հոտեալ է աւասիկ , քանզի չորեքօրեայ է : Այլ կենարարն քանզի զօրութեանն տեղեակ էր , զայդ իսկ կամիմ (ասէր) ուսանել 'ի ձէնջ , ասասջիք և յանձանձեսջիք զասելն՝ թէ հոտեալ է . հաստատեսջիք թէ մեռեալ է , զի և յարութեն ճշմարտիւ քարոզեսցի : Բազում անգամ մահու անունն յանձանեաց , զի դէթ միանգամ և ճշմարտութիւն յարութեն դաւանեսցի : Յայնժամ այնուհետև , Եղբարք , այլ ևս յարդարէ կենարարն . յերկինս նայի , և զՀայր կոչէ : Հայր , ասէ , գոհանամ զքէն , զի լուար ինձ : Բուժս (կամ բուծս) ևս 'ի բանիս գտանեն հերձուածողացն աշակերտք , վաղվաղակի 'ի վերայ յարձակեալ , տեսանեմ ասեն , որչափ 'ի միջի կայ , զի մին աղաչէ , և մին աղաչի [1] . մին պաղատի , և մին պաղատանաց անսայ . տեսանեմ , զի աղբիւր սքանչելեացն հայր է , և շնորհէ որդւոյ զզօրութի սքանչելեացն : Այլ որպէս յառաջագոյն բազում անգամ ասացի , եթէ չառնէին 'ի միտ շնորհակալութե ընտրել զգործս կենարարին . այլ միանգամ իսկ կանխաւ ըմբռնեալք 'ի հայհոյութի կուրացան առ 'ի չընտրելոյ զճշմարտութիւն :

1 Գրեթէ զնոյն բանս երկ. ճառն յարութե զաղարու հանբարգէ և երանելին մամբրէ 'ի գերձ կշտամբութե :

contulisti potestatem, tune lapidem pusillum ad portam sepulchri non potes devolvere? Verum tamen, ut jam dixi, propter easdam causas, quoniam increduli, critici, et inobedientes spectatores erant, et dicere poterant fallaciam imaginariamque visionem esse casum mortui, et sub tali praetextu desistere poterant ab exaudiendo, adventu ejus in suspicionem redacto (1), propterea illos ipsos deducit in sepulchrum. Quum enim lapidem revolvissent, et odor nares attigisset, testis fuisset eis odor cadaveris, quod revera mortuus erat. Quoniam cum morti mortui crediderint, postea etiam de resurrectione non haesitabunt.

Quod autem hujusmodi adinventionem excogitabat Dominus humiliter rem gerens, ipsum ordinem attende, et discas. Accedens Martha ad lapidem, dicit: *Domine, jam foetet, quatriduanus est enim*. Redemptor tamen ut conscius propriae virtutis dicebat: Id ipsum volo discere a vobis; dicite, et replicate dictionem, *jam foetet:* affirmate mortuum esse, ut et resurrectio vere praedicetur. Multoties mortis nomen replicatum fuit, ut saltem semel et veritas resurrectionis veniat in professionem. Tunc demum, fratres, aliud quidpiam adstruit Redemptor; in caelum aspicit, et Patrem invocat: *Pater*, inquiens, *gratias ago tibi, quoniam audisti me*. Ansam quandam in hoc dicto reperiunt haereticorum discipuli, statim irruentes, dicentesque: Viden' quantum intersit? unus enim rogat, et alter rogatur; (2) unus supplicat, et alter supplicationem exaudit. Viden', quod fons miraculorum Pater est, et concedit Filio virtutem miraculorum? Sed, sicut anterius saepe dixi, minime intellexere cum gratitudine dijudicare opera Salvatoris, sed semel ab initio deprehensi in blasphemia obcaecati sunt, ita ut nequeant seligere veritatem.

(1) Locus obscurus et aequivocus erat.
(2) Similia repetit et B. Mambreus Arm. Saec. V.

Բայց դու զպատճառն յայսր աւուր ընթերցուածոյ ուսի՛ր։ Ասէ ցնոսա կենարարն. բազում գործս բարիս ցուցի ձեզ ՚ի Հօրէ իմմէ. վասն որո՞յ գործոյ ՚ի նոցանէ քարկոծ առնէք զիս։ Ասեն ցնա Հրեայքն. վասն բարեաց գործոց ոչ առնեմք զքեզ քարկոծ, այլ վասն հայհոյութեան. զի դու մարդ ես, և զանձն քո ա՛ծ առնես, և կոչես քեզ հայր զա՛ծ։ Այն իմն կարծի՞ք ստամբացուցանէր զՀրեայսն՝ զի հայր իւր կոչէր զա՛ծ. զայլրանայեին հրեայքն յնի, ոչ միայն զի զշաբաթսն լուծանէր, այլ զի և հայր իւր կոչէր զա՛ծ, և հաւասար առնէր զանձն ա՛յ։ Իսկ քանզի ՚ի հայհոյութիւն համարէին՝ հայր կոչել զա՛ծ, առաւել գործէ ՚ի գերեզմանին, և դատաւոր զճշմարտութիւն նոցացանէր. ածէ շուրջ վկայս զապախտաւորսն, զի աչօք տեսցեն, և ականջօք լուիցեն, որք ասէին՝ եթէ հայհոյես, զի զանձնդ որդի ա՛յ կոչես։ Կոչէ հայր, և զբերթէ այնու իսկ խրատէ զնոսա, թէ ահաւասիկ ձեր իսկ առաջի կոչեմ. եթէ ցամուցու ինչ՝ զի հայր կոչեմ զնա, և հայհոյութիւն իցէ՝ որպէս և դուք կարծէք, ապա մի լուիցէ. և եթէ չցամուու՝ ապա յայտ է թէ արդարև հայր իմ է։ Հա՛յր, ասէ, գոհանամ զքէն, զի լուար ինձ։ Եթէ հնազանդութեան գործ էին աղօթքն, զիա՞րդ յառաջ քան զաղօթսն կալ ասէ թէ լուար ինձ. զի նախ քան զաղօթսն կալ ասէ, հա՛յր գոհանամ զքէն՝ զի լուար ինձ։ Իսկ միտս դնէ նոցա որ շուրջն կային. եթէ ցամուու ասէ հայր, զի հայր կոչեմ զնա, և հայհոյութիւն ինչ է ա՛յ՝ որպէս դուքդ կարծէք, մի լիցի գործակից հայհոյչիս. ապա թէ կոչեմ զմեռեալն, և լսէ հրամանին, արդեամբք իսկ առէք զհանդէս ճշմարտութեան. զի զմեռեալ յարուցանել՝ ոչ հայհոյչի գործ է, այլ որդւոյ ա՛յ հրամանն։ Իսկ զի այս միտք են աղօթիցն, և ոչ վասն եւրոյ ինչ պիտոյից, այլ վասն լսողացն օգտի և ուղղութեան արկ ՚ի կիր զաղօթսն, ինքն իսկ վկայէ. յորժամ ասաց, թէ հայր գոհանամ զքէն՝ զի լուար ինձ, ասէ առ նմին, թէ ես գիտէի իսկ՝ եթէ յամենայն ժամ լսես ինձ. այլ վասն ժողովրդեանս՝ որ շուրջ կան՝ ասացի։

Մի՛թէ ոք այսուհետև շփոթեսցէ զճշմարտութիւն.

Verum tu rationem hodiernae lectionis disce. Dixit eis Salvator. *Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Judaei: de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo es, et facis te ipsum Deum, et patrem tibi vocas Deum*. Illud valde tristes reddebat Judaeos, quia patrem suum vocabat Deum. Irascebantur Judaei in Jesum, *quia non solum solvebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat Deum, et aequalem se faciebat Deo*. Quia ergo blasphemia arguebant patrem vocare Deum, tribunal constituit apud sepulchrum, et judicem sedere veritatem voluit; ducit et testes in circuitu ingratos ipsos, ut oculis videant, et auribus audiant, qui dicebant, quod blasphemas, cum te ipsum filium vocas Dei. Vocat itaque Patrem, et fere eo ipso monet eos, dicens: Ecce vel in conspectu vestro voco; si aegre ferat, quod Patrem voco eum, et blasphemia sit, sicut vos putatis, non me audiat: quod si vero haud moleste ferat, ergo patet, quod vere pater est meus. *Pater*, inquit, *gratias ago tibi, quia audisti me*. Si obedientiae actus erat oratio, quomodo ante orationem dicebat, quod *audisti me?* Quoniam antequam orasset, dixit, *Pater gratias ago tibi, quia audisti me*. Monet autem circumstantes, Si irascatur, ait, Pater, eo quod Patrem voco ipsum, et blasphemia quaedam sit contra Deum, ut vobis videtur, non cooperetur mihi velut blasphemanti: sin autem vocante me mortuum, audiat jussum, ex operibus ipsis probationem accipite veritatis; mortuum enim suscitare non blasphemantis est opus, sed Filii Dei jussum. Quod autem haec est intentio orationis, non vero propter indigentiam suam, sed pro utilitate audientium, correctioneque usurpaverit orationem, ipse testatur: quum enim dixit, *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me*, subdit adhaec, *Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstant, dixi*.

Nemo itaque confundat veritatem, nemo injuria

մի՛ ոք թշնամանեսցէ զածպաշտութիւն. մի՛ ոք զզի-
ջանելն՝ որ վասն մերոյ փրկութեն, 'ի տկարութի և
'ի թշնամանս սքյն համարեսցի: Սամն քն եղև մարդ-
մարդասէրն. ոչ եթէ զիւր բնութիւն 'ի բաց ընկէց,
այլ զանկեալն յարուցանէ, և զմեռեալն կենդանի
առնէ. առնու զքոյդ, և տայ զիւրն: Ոչ թէ 'ի
տնտեսութեն եկն յառաջին պատիւն, այլ յածու-
թեն եկն ունել յանձին զտնտեսութիւն: Ոչ, որպէս
հերձուածողաց աշակերտքն կարծեն, եթէ յետ խա-
չին և տնտեսութեանն՝ եկն յառաջ 'ի պատիւն.
քանզի բիծս իմն ամբարշտութե 'ի բանին առաքե-
լոյ կամին կարկատել. որ յորժամ ճառեալ զկե-
նարարէն՝ ասէ, որ էրն 'ի կերպարանս այ՝ ոչինչ
յափշտակութի համարեցաւ զլինելն հաւասար այ,
այլ զանձն ունայնացոյց՝ զկերպարանս ծառայի էառ,
և 'ի նմանութիւն մարդոյ եղեալ, և կերպարանօք
գտեալ իբրև զմարդ, խոնարհեցոյց զանձն՝ լինել
հնազանդ մահուչափ և մահու խաչի. և ածէ ընդ-
միմք, թէ՝ և վասն այնորիկ ած զնա առաւել բարձ-
րացոյց, և շնորհեաց նմա անուն՝ որ 'ի վեր է քան
զամենայն անուն: Տեսանես, ասեն, զի ընդ հնա-
զանդութեն էառ զինս զպատիւն. քանզի խոնար-
հեցաւ մահուչափ, վասն այնորիկ և ած զնա բարձ-
րացոյց, և շնորհեաց նմա անուն՝ որ 'ի վեր է քան
զամենայն անուն: Ոչ է այնպէս իցէ՝ լուիցես. եթէ
զվարձս ընդ տնտեսութեն զյառաջին զալն էառ, ա-
պա ուրեմն յաղքատութէ 'ի մեծութի եկն յառաջ:
Իսկ արդ՝ միտ դիր աղաչեմ. եթէ վարձս ընդ հնա-
զանդութե զյառաջին զալ էառ, ապա յաղքատու-
թէ 'ի մեծութի եկն, յամենեցունց երկրպագութի
առնուլ, զի ամենայն ծունր յանուն յսի քսի կրկ-
նեսցի: Դու ասես, թէ աղքատ էր՝ և 'ի մեծութի
եկն տնտեսութեն. այլ պօղոս չառնու քեզ յանձն.
քանզի չցուցանէ զնա յաղքատութէ 'ի մեծութիւն
եկեալ, այլ մեծութեն զաղքատութի յանձին կա-
լեալ:

Զինչ ասէ առաքեալ. Գիտէք, ասէ, եղբարք
զշնորհս տն մերոյ յսի քսի, զի վասն մեր աղքատա-
ցաւ որ մեծատունն էր, զի դուք նորա աղքատութն

adficiat pietatem, nemo dissimulationem propter salutem nostram factam pro infirmitate vel contumelia Sancti recenseat. Propter te factus est homo hominum amantissimus. Non suam abjecit naturam, sed cadentem suscitat, et mortuum vivificat. Accipit tuum, et dat suum. Non ex dispensatione venit in praestantem dignitatem, sed ex Divinitate venit suscipere in se dispensationem. Non, ut haereticorum auditores putant, quasi vero post crucem ac dispensationem promotus fuerit ad dignitatem: etenim notam aliquam impie assuere volunt ex Apostoli dicto, qui agens de Salvatore, dixerat: *Qui erat in forma Dei, nullam rapinam existimavit esse aequalem Deo, sed seipsum exinanivit, formam servi sumens, et in similitudine hominis factus, et formâ inventus sicut homo, humiliavit se, ut esset obediens usque ad mortem, mortemque crucis*. Atque subdit, quod *propterea Deus ipsum magis exaltavit, et concessit ei nomen, quod supra est omne nomen*. Viden', inquiunt, quia pro obedientia accepit in mercedem dignitatem: qui quippe humiliatus est usque ad mortem, propterea et Deus ipsum exaltavit, et concessit ei nomen, quod superat omne nomen? Si ita est, audiant. Si ut mercedem pro dispensatione profectum accepit, ergo ex paupertate in divitias provenit. Attende itaque, quaeso: Si mercedem pro obedientia accepit profectum, ergo ex paupertate in opulentiam venit, ut adorationem ab omnibus acciperet; quoniam omne genu flectatur in nomen Jesu Christi. Tu dicis, quod pauper erat, et in divitias venit per dispensationem. Sed Paulus minime annuit tibi: quia non ostendit eum ex paupertate in opulentiam venisse, sed una cum opulentia paupertatem sibi adscivisse.

Quid dicit Apostolus? *Scitis*, iniquit, *fratres, gratiam Domini Jesu Christi; quoniam propter nos pauper est factus, qui dives erat; ut vos ejus paupertate dite-*

մեծամեծայցէք. զի մեծամեծայցես ; և մի զի հայհոյեսցես. աղքատացաւ տէր մեր յս քս, մի զյաւիտենականն մեծութիւն 'ի բաց ընկեցեալ, զածութեանն առեալ, այլ զայն ծածկեալ, և զայս յանձին կալեալ:
Ո՞րինչ իցէ մեծութիւն նորա: Աչխի հայր մեծատուն. կոչի և որդի մեծատուն. մեծատուն 'ի մեծատնէ:
Որպէս պօղոսն ասէ, թէ ինքն ած մեծացուցանէ զամենեսեան՝ որ կարդան առ նա. և դարձեալ թէ ո՜վ խորք մեծութեան և իմաստութեան և գիտութեանն այ: Այսպէս և յս մեծատուն է, և աղքատացաւ վասն մեր: Այլ ո՞ւ իցէ մեծատունն. զի 'ի միասին էական է հօր, և լոյս փառաց, և նկարագիր էութեան, և պատկեր աներևութին հօր: Ոչ ստացուածով այնպիսի լեալ, այլ՝ բնութեամբ այնպիսի երևեալ: Մեծութիւն քի այն է, զի նմին հօր հաւասար է, և զնոյն զօրութիւն և զփառս և զթագաւորութիւն ունի, աթոռակից հօր, և նմին պատուոյ, 'ի նոյն մեծարանս: Այլ որ յայնպիսի մեծութեան էր, և 'ի վեր ընդ հօր նստէր, տես յորպիսի աղքատութիւն էջ, զի առաջի ախոյանին իբրև զմահապարտ կայր յատենի: Մեծութիւն քի բիւր բիւրուց հրեշտակացն են՝ որ կան նմա 'ի սպասու. և աղքատութիւն քի երկոտասան ձկնորսքն որ զհետ շրջէին: Մեծութիւն քի՝ աթոռն յերկինս է, և ընդ աջմէ հօր նստելն. և աղքատութիւն նորին, զի աղուեսուց որջք գոյին, և թռչնոց երկնից դադարք, և որդւոյ մարդոյ ոչ գոյր տեղի, ուր զգլուխն դիցէ: Աղքատութիւն քի՝ 'ի յովանակի նստելն, և մեծութիւն քի՝ 'ի քերովբէս ելանելն. զորմէ ասէ մարգարէն, թէ կառք այ բիւրապատիկք են, և հազարք ուղղիչք: Տեսե՞ր զառաւել մեծութիւն. տեսե՞ր զաղքատութիւն լի անաւսուութեամբ:

Այլ թերևս ոք մոլորեալ 'ի հերձուածողաց ընդ բարձրութիւն ածխօսութեանս՝ ասիցէ. միթէ 'ի կենարարն ելանիցէ բանն, թէ կառք այ բիւրապատիկ են. միթէ 'ի նմ՞ ինչ անկ իցէ վկայութիւնդ՝ զոր բերեր. միթէ կառս որդւո՞յ ասաց, կամ կառս միածնի՞ն պատուոյ: Այլ արդ զի մի վաճառեսցի ածպաշտութիւն առ 'ի յախտաւոր լսողացն, և կարծիցի թէ չէ՞ ինչ 'ի դէպ վկայութիւն, հարկ է յանդիմանել կա-

scatis. Ut ditescas, non ut blasphemes. Pauper est factus Dominus noster Jesus Christus, non aeternam opulentiam abjiciens, Divinitatem, inquam, sed illam occultans, et istam acceptans. Quae sit opulentia ejus? Vocatur Pater dives, vocatur et Filius dives ex divite. De quo Paulus dicit, quod *Ipse Deus ditat omnes invocantes se;* et iterum, *O altitudo Divitiarum, et sapientiae, et scientiae Dei!* Pariter et Jesus dives est, et pauper factus est propter nos. Qua autem re dives sit? Quia consubstantialis est Patri, et lumen gloriae, et character essentiae, et imago invisibilis Patris; non acquisitione talis factus, sed natura hujusmodi visus. Opulentia Christi ea est, quod ipsi Patri aequalis est, et eandem virtutem atque gloriam regnumque habet; ejusdem throni cum Patre (est), et ejusdem dignitatis, atque in eodem honore reverentiae. Verum qui in tali erat opulentia, et supra cum Patre sedebat, vide, ad quam paupertatem descendit, ut coram Pilato tamquam reus staret in tribunali. Divitiae Christi, myriades myriadum Angelorum sunt, qui stant in ejus ministerio; et paupertas Christi duodecim piscatores, qui eum sequebantur. Opulentia Christi, thronus in caelis est, et a dextra Patris sedere; et paupertas sua, quia *vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos, Filius autem hominis non habet locum, ubi ponat caput suum*. Paupertas Christi in juvenca (asini) sedere; et divitiae Christi in Cherubim scendere: de quo propheta ait, *Currus Dei myriades sunt, et mille directores*. Vidisti amplam opulentiam? vidisti paupertatem dispensatione plenam?

Sed fortassis aliquis haereticorum pruriens ob excellentiam praesentis theologiae, dicat: Num ad Redemptorem referatur illud dictum, *Currus Dei myriades sunt?* In eumne refertur testimonium citatum? An currus Filii dixit, vel currus dignitatis Unigeniti? Ne itaque venundetur pietas ab ingratis auditoribus, et putetur incongruum esse testimonium, necesse est comprobare, quod *Currus Dei myriades, et mille*

ցուցանել, զի կառք այ բիւրապատիկք և հազար ուղղիչք՝ 'ի տէր մեր յս քս 'ի դէպ եղանեն: Այս զհանդէս աստուածային իսկ սա. չէին ինչ պէտք խնդրոյ խորհրդոց, և ոչ պատիր բանից հաւանութեան, այլ ճշմարտութեան, որ յայտ յանդիմանն ծագեալ կայ առ առաջի: Արդ անեղին դաւիթ ասէ, կառք այ բիւրապատիկք են, և հազարք ուղղիչք, և տէր 'ի նոսա 'ի սինա 'ի սրբութեան. ել 'ի բարձունս՝ և գերեաց զգերութիւն, և ետ պարգևս որդւոց մարդկան: զայս դաւիթ ասէ: Աղաչեսցուք 'ի մէջ զմեկնիչ մարգարէիցն, զփողն մեծաձայն, զլեզուն հոգւոյն սրբոյ, զվառեալն զօրութեամբ և ամենայն շնորհօք, զպօղոս զարքային երգիչ. աղեսցուք յո՞վ առնու զկառսն այ, և զելն 'ի բարձունս և գերեաց զգերութիւն, և ետ պարգևս որդւոց մարդկան: Լսէ առաքեալ. մի տէր և մի հաւատ, և մի մկրտութիւն. և մի այ հայր ամենեցուն; և ամենայնիւ, և յամենեսեան: Այլ իւրաքանչիւր ումեք 'ի մէնջ տուեալ են շնորհք ըստ չափոյ պարգևացն քսի. քանզի ասէ իսկ, ել 'ի բարձունս՝ գերեաց զգերութիւն, և ետ պարգևս որդւոց մարդկան: Այլ 'ի գործս արկեալ զմիտս բանին՝ պօղոսի, ասէ, եթէ որ ելն ո՞վ է, եթէ ոչ՝ որ էջն նախ 'ի ստորին կողմ երկրի. որ էջն նոյն է՝ որ ելն յերկինս, զի լցցէ զամենայն:

Ոչ ինչ պիտոյ բազում լեզուաց մեկնելոյ, և ոչ շատ ինչ խօսք հաւանեցուցանելոյ. այլ միտք շնորհակալք, և միաբանութիւն հաւատոց, միաբանեալ ընդ դաւանութիւն որդւոյն այ: քանզի չասաց անծին և ծնունդ, և ոչ անարար և արարած. զի այն չէ միաբանութիւն հաւատոց: Կամիս գիտել. զինչ է միաբանութիւն հաւատոց, լուր պօղոսի՝ որ ասէ, մինչև եկեսցուք հասցուք ամենեքեան 'ի մի միաբանութիւն հաւատոց և գիտութեան որդւոյն այ: Միաբանութիւն հաւատոց՝ գիտութիւն որդւոյն այ է, և ոչ գիտութիւն անծնին և ծնելոյ: Ընդէ՞ր խլես զգրեալսն, և յառաջ բերես զոչ գրեալսն. չիցէ՞ հաւատարմագոյն անուանն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ, քան զանծնին և զծնելոյ, և գրեալքն քան զչգրեալսն:

Բայց 'ի դիմի հարկանի հերձուածողն. իսկ դու

directores, in Dominum nostrum Jesum Christum optime quadrant. Demonstrationem ergo ex ipsis accipe verbis: non enim opus est quaestionis mentis, neque artificiosi sermonis ad persuadendum, sed veritatis, quae in conspectu refulget. Sic enim dixit Beatus David. *Currus Dei myriades sunt, et mille rectores, Dominus autem in eis in Sina in Sanctis. Ascendit in excelsa, et captavit captivitatem, et dedit dona filiis hominum.* Haec David. Citemus in medium interpretem prophetarum, tubam magnae vocis, linguam Spiritus Sancti, armatum virtute omnique gratia, Paulum, inquam, Sancti cantorem. Videamus, in quem accipit currus Dei, ascensumque in excelsa, et illud, captavit captivitatem, et dedit dona filiis hominum. Dicit Apostolus: *Unus Dominus, et una fides, et unum baptisma, et unus Deus Pater omnium, et per omnia, et in omnibus. Verum unicuique ex nobis datae sunt gratiae secundum mensuram donorum Christi. Dicit enim: Ascendit in excelsa, captavit captivitatem, et dedit dona filiis hominum.* In operam autem mittens Paulus intentionem verbi, adjicit: *Qui ascendit, quis est, nisi qui descendit primum in inferiorem partem terrae? Qui descendit, idem est, qui ascendit in caelum, ut impleat omnia.*

Non est opus multarum linguarum ad exponendum, nec multorum verborum ad suadendum, sed quaeritur mens grati animi, et concordia fidei, unita cum professione Filii Dei. Quoniam non dixit, Ingenitus et Genitus, neque Increatus et creatura; illud enim non est concordia fidei. Visne scire quid est concordia fidei? audi Paulum dicentem: *Donec venientes perveniamus omnes in unam concordiam fidei et scientiae Filii Dei.* Concordia fidei, scientia Filii Dei est, non vero scientia Ingeniti et Geniti. Quare evellis scripta, et adducis non scripta? Nonne fidelius est nomen Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, quam Ingeniti, et Geniti; sicut et scriptum, quam non scriptum.

At opponit se haereticus, dicens: Tu autem qua-

ընդդէ՞ր ասիցես առնել զմիաւորն էականն, որ չէ՛ զգետայ: Ի վտանգի պատերազմանց հարկ է առնուլ զանօթս՝ որ չիցեն ինչ պիտոյ ՚ի խաղաղութեան: Ո՞ կալ մեզ [1] ՚ի մարտիկս պատերազմացն. ոչ տապալէին ծովական թշնամութիւն. և կամ ո՞ որ կազմիցէ զէն ընդդէմ թշնամեացն՝ յորժամ խաղաղութիւն յամենայն կողմանց յաջողիցէ: Ի բայց առ դու նախ զօտար էականն. զի (մի) ՚ի դիմի հարկանիցի քեզ ՚ի միաւորն էականն. իսկ եթէ ասիցես զօտար էականն, հարկ է՝ զի ՚ի դիմի բախիցէ քեզ ՚ի միաւորն էականն. այսպ եթէ լռիցես, լռեմ և ես, և զնոյն էութիւն որ հօրն է՝ Ճանաչեմ և որդւոյ. զի հօր և որդւոյ անուն զնոյն զօրութիւն ունի. քանզի ՚ի միաւորն էական է անուն հօր և որդւոյ. զի հայր որդւոյն հայր է, և որդի՝ հօրն է որդի. և հոգին նա՝ այ է հոգի:

Արդ տես զի՞նչ կրեն հերձուածողքն. քանզի կանխեցին դրդել ՚ի պատերազմ, և ամաչեն զայն պղծի միտս ՚ի բաց ընկենուլ. տես, առ այն զի՞նչ գործեն այ շնորհքն. տեսես զնոսա անհնազանդս օրէնացն այ, և արկ զնոսա ընդ հարկաւ օրինացն հաւատոց. քանզի ցանկ իսկ ած զնոյն գործէ. յորժամ տեսանէ զոք մարտուցեալ ընդ օրէնս ածպաշտութե, յարուցանէ ՚ի վերայ նոցա զահ մարդկան. զի ոչ կալան · զերկեղն այ. տես՝ զի՞նչ գործ գործէ: Սաւի ցասուցն ՚ի միտս ածպաշտ թագաւորին, և զրէ հրովարտակս ածպաշտութեն ՚ի ձեռն ածպաշտ ապատաւորաց, և արձակէ նոսա զհրամանան իւրե յօրինացն ազեղանէ:

Որպէս և կենարարն բազում անդամ արար հրէից առապարտաւորաց. որոց ուրացեալ զածպաշտութի նորա, յորժամ զճշմարտութին խօսէր՝ առէին, որով իշխանութե առնես դու զայդ. ասնէ անդրէն պատասխանի՝ որ կարօղն էր ածել զնոսա յերկիւղ մարդկան. հարցից և ես զձեզ բան մի. մկրտութիւն յովաննու ուստի՞ էր, յերկնից, թէ ՚ի մարդկանէ. խորհէին ընդ միմեանս հրէայքն և ասէին. եթէ ասեմք, եթէ յերկնից, ասէ, թէ՝ և

1 Կամ է, Կայ այս գեղ. կամ, խաղ մեզ հարկ արար:

re dicis Consubstantialem, minime scriptum? In discrimine praelii necesse est usurpare apparatum vix necessarium in pace. Quis coegit nos instare navali pugnae? nonne hostilitas marina? Vel quis arma construet contra inimicos, quando pax undique inflat? Aufer tu primum *heterusion* (*alienosubstantialem*), ut non opponatur tibi *homousion* (*consubstantialis*).a Quod si dicas heterusion, necesse est ut congrediatur contra te homousion. Sin autem tacebis, taceo ego quoque, et eandem essentiam, quae Patris est, cognosco et Filii: quia Filii et Patris nomen eandem habet vim; quoniam consubstantiale est nomen Patris et Filii: Pater enim, Filii est Pater; et Filius, Patris est Filius; et Spiritus Sanctus, Dei est Spiritus.

Sed vide, quid patiuntur haeretici? quippe qui praemoverunt bellum, nunc pudet eos talem rejicere sententiam. Vide, quid ad haec operatur Dei gratia? Vidit eos inobedientes divinis legibus, et submisit illos tributo legis Romanae. Nam semper Deus id facit, quando vidit quosquam pugnare contra legem pietatis, excitat super illos timorem hominum, quoniam non tenuerunt timorem Dei. Vide quid agit. Ardet ira in animo pii regis, et scribit edicta pietatis per pios ministros, et jacit sicut jacula mandata tamquam ex arcu legis.

Quemadmodum etiam Salvator saepe id fecit cum ingratis Judaeis; qui negata pietate, quum veritatem eis loquebatur, dicebant: *qua potestate tu haec facis?* Retorquet enim responsum, quod poterat conducere eos in timorem hominum: *Interrogabo et ego vos verbum unum; baptismus Joannis unde erat, de caelone, an ex hominibus? Cogitabant inter se invicem Judaei, dicentes: Si dicamus, de caelo, dixerit, quod cur non credidistis ei; Sin autem dicamus, quod ex hominibus*

a Կամ, [illegible]

ընդդէմ ոչ հաւատայցէք նմա. և եթէ ասեմք՝ թէ 'ի մարդկանէ էր, երկնչիմք 'ի ժողովրդոցն, գուցէ քարկոծ լինիցիմք: Նոյն քանզի ոչ ունէին զերկիւղն Այ, զմարդկան երկիւղն եդին առաջի, թէ վասն մարդկան երկեղի չիշխեմք ասել: Նոկ կեղծաւորացն առ այն զինչ. և ոչ ես ասեմ ձեզ. դուք չգիտէք իսկ, բայց ես գիտեմ, և չասեմ:

Նոյն արդ՝ յարոյց մեծ զմիտս մեծապաշտս թագաւորի. քանզի թագաւորութիւն արդարութիւն է: Ո՞րա դիր, թագաւորութիւն և արդարութիւն է, յորժամ Այ 'ի սպասու կայցէ. 'ի միում աստիճանի կան թագաւորութիւն և արդարութիւն. յորժամ ճշմարտութիւն սպասաւորք թագաւորութեանն լինիցին, Այ պատուակից լինիցին: Նոյն լծուր, զինչ ասէ դիր. ոգիք արդարոց 'ի ձեռին Այ են. և զթագաւորացն զինչ ասիցէ, սիրտ թագաւորի ասէ 'ի ձեռս Այ է: Նոյն վասն էր արդեօք զսիրտն. և քանզի աղբիւր մտացն սիրտն է, և արմատ խորհրդոցն, անդուստ յաղբիւրէն եղանեն օրէնք. քանզի բանք թագաւորաց օրէնք են, ունի զսիրտն 'ի ձեռին, զի մի գուցէ իբրև 'ի մարդկեղէն ինչ մտաց բղխիցեն, այլ իբրև յածեղէն ձեռանէ եղանիցեն օրէնք. դնէ թագաւոր օրէնս՝ միաբան օրինացն Այ. 'ի հաստի կայ թագաւորութիւն լինել վրէժխնդիր երկնաւոր թագաւորութեան. ոչ զի չիցէ առաւել վերին թագաւորութիւն առնուլ վրէժս 'ի հակառակորդացն, այլ զի Այ շնորհքն բանայցեն զդուռն մեծապաշտութեան նախանձախնդրացն:

Նոյն եթէ հաւատով խնդրիցեմք, գտանիցեմք, զի յամենայն ժամ ուր և մարտեաւ ամբարշտութիւն, ոչ էառ մեծ վրէժ առանց արդարոյ ուրուք. եթէ չգուցէ միջնորդ 'ի միջի այր արդար, չառնու վրէժս 'ի չարեաց. այլ 'ի կիր արկանէ զմարդկեղէն գործին լի արդարութեամբ: Ամբարշտեցաւ սոդոմ և գոմոր, և ոչ ջնջեցան հնգեքին քաղաքն, մինչև բնակեալ ղովտայ յերկրին. զի մի ասասցեն բնակիչք երկրին, թէ չէր ընդ ոք նայել, չգոյր վարուց ուրուք նախանձաւոր լինել, ածէ բնակեցուցանէ

erat, metuimus populum, ne lapidemur. Quia vero non habebant timorem Dei, hominum timorem proposuerunt sibi, manifestantes, quod ob humanum timorem non audemus dicere. Quid ergo Redemptor ad haec? *Nec ego dico vobis*. Vos nescitis etiam, ego vero sciens non dico.

Nunc itaque excitavit Deus animum pii regis: regnum enim justitia est. Attende, regnum justitia quoque est, quum Deo servitium praestat. In uno gradu sunt regnum et justitia: quando in veritate administratores sint regni, Dei dignitatis consortes erunt. Audi, quid dicit Scriptura: *Animae justorum in manu Dei sunt*. Et de regibus quid dicat? *Cor regis*, ait, *in manibus Dei est*. Cur autem cordis meminerit? Quoniam fons mentis est cor, et radix consilii; ab ipso fonte egreditur lex. Quoniam autem verbum regis lex est, tenet cor in manu, ne velut ex humano corde aliquid emanet, sed tamquam ex divina manu exeat lex. Legem fert rex concordantem legi Dei; nam regnum statutum fuit, ut (1) vindex sit caelestis regni. Non quod impos sit supernum regnum ad ulciscendos adversarios, sed ut divina gratia aperiat portam pietatis zelantibus.

Et revera si perquiramus, inveniemus, quod omni tempore, ubicumque pugnavit impietas, non vindictas sumpsit Deus sine justo quodam. Si desit in medio mediator vir justus, vix ulciscitur malos, sed usurpat humanum instrumentum justitia plenum. Impietatem praesetulerunt Sodoma et Gomora, nec tamen deletae fuere quinque civitates (Pentapolis), antequam habitasset Loth in illa terra. Ut non dicerent incolae regionis, quod non erat quispiam, in quem inspicerent, sive non prostabat, quam aemula-

(1) Vel, constans erit, si.

պանդխտին 'ի Սոդոմ. որ 'ի նոյն տեղիս կեայր, և առաքելոյ քան զնոսա էր կարգօք. զի մի դատցին պատճառս պատասխանւոյ, թէ չունէին զոք վարդապետ, երևեցաւ ղովտայ (կամ ղովտ) 'ի Սոդոմ, և եկն եհաս մրցէժիմնդրութիւն. քանզի ոչ օրինացն ¹ և ոչ առն արդարոյ եղեն նախանձաւորք, սատակեցան 'ի հրացան բարկութենէն :

Որպէս մարտնչէր և փառաւոր եգիպտացի ընդդէմ՝ անդիմութեն պատճառելով. և չեկին նմա հարուածք, մինչև յայտնեցաւ մովսէս իսրայելի : Ամբարշտէր և աքայար Թագաւոր իսրայելացւոց, որ յանօրէն ամբարշտութիւն դառնայեաւ. և չգոյին ուրեք ապաշխարելիք բարկութե, մինչև յայտնեցաւ եղիա նախանձաւոր : Որպէս և այժմ կարող է տէր ածանուլ զիւր վրէժ, և զեկեղեցւոյ՝ որ կայ 'ի պատերազմի. այլ յարուցանէ զվասն ամբարշտութե մարտիկս, և կամի խնամարկել եկեղեցւոյ ամպախիւք ² ամբարշտութեն : Այսպէս և երանելին եղիայ ամբաստան լինէր այ զիսրայելէ, յորժամ և մեւս յանապատն հալածեալ յեզաբելայ. փոխանակ ասելոյն, ասէ ցնա տէր, զի՞ դու եղիա. հարցանէ ցնա տէր՝ թէ զի՞նչ գործես դու աստ : չգաւ յայն յանապատն՝ ուստի մովսէս զօրէնսն առ, և ասէ, նախանձեցայ զնախանձ տն այ ամենակալի, զի թողին զքեզ որդիքն իսրայելի. զսեղանս քո կործանեցին, և զմարգարէս քո կոտորեցին, ես միայն մնացի, և խնդրեն զանձն իմ : Ոչ այս ասէ, ոչ որպէս թէ ուսուցանէ, այլ ամբաստան լինի. ոչ որպէս զանգէտ ոք զիտակ առնիցէ, այլ իբրև դատաւորի դատախազութի մատուցանէ. զսեղանս քո կործանեցին, զմարգարէս քո կոտորեցին. ես միայն մնացի, և խնդրեն զանձն իմ :

Դու քանզի զրգռէր իբրև զդատաւոր, և 'ի ցասումն ածէր ամբաստանութեն իբրև զատաւորաւ, կամեցաւ տր հաւանեցուցանել զմարգարէն, եթէ

1 Կամ օրինաքն : գրեալ էր, օրինացն : ամպախիւք (կամ ամպախիւք), որ է ամպագործ, ընտանի, զոր.
2 Փոխանակ գրելոյ Թերևս, ծանիցէ :

rentur, vita alicujus, adducens justum, fecit, ut habitaret in Sodoma; qui in iisdem locis vivens, extra illos comperiebatur esse conversatione. Ut non haberent locum responsi, quasi vero non habuerint magistrum, apparuit Loth in Sodoma. Et ecce pervenit ultio: quandoquidem nec legem [1], neque virum justum aemulati sunt, deperditi sunt ab ira ignem spargente [2].

Itidem pugnabat et Pharao Aegyptius cum Deo, sub praetextu ignorantiae, nec venerunt ei plagae, donec revelatus fuit Moyses genti Israel. Impie agebat et Achaab rex Israelitarum, implicatus iniqua idololatria; neque erat alicubi comminatio irae, donec apparuit Elias zelotypus. Similiter et nunc potest Deus vindictas capere sui et Ecclesiae, quae in praelio stat; verum suscitat bellatores propter pietatem, atque vult protegere Ecclesiam per alumnos pietatis. Sic et Beatus Elias conquirebatur apud Deum de Israel, quum ingressus est desertum, persecutione actus ab Jezabel. Et antequam ipse loqueretur, dixit ei Deus: *Ut quid tu (hic es) Elia?* interrogat nimirum eum Deus, quid hic tu facis? Pergens in eremum ipsum, unde Moyses legem sumpsit, ait: *Aemulatus sum aemulationem Domini Dei omnipotentis, quia reliquerunt te filii Israel, altaria tua everterunt, et prophetas tuos ceciderunt. Ego solus mansi, et quaerunt animam meam.* Haec dicit, non ut doceat, sed accuset; non quasi ignorantem certiorem faciat, sed tamquam judici delationem praestet. *Altaria,* inquiens, *tua everterunt, prophetas tuos ceciderunt: ego solus mansi, et quaerunt animam meam.*

Quoniam vero irritabat tamquam judicem, et in iram excitabat per accusationem sicut castigatorem, volens Deus persuadere prophetam, quod ipse longa-

(1) Scriptum erat, *exemplum*. օրինակի. pro օրինացն, *legis*.

(2) Sic vocatur etiam *fulmen* in Arm. sicut Gr. *κεραυνός*.

երկայնամտութիւն ներէ ամբարշտելոցն, ոչ թէ առ տկարութեան չպատժէ. ասէ ցնա, ահաւասիկ ելանիցես դու վաղիւ առաջի իմ. և ահաւասիկ հողմ սաստիկ փշրել զլերինս, և մանրեսցէ զբլուրս, և չիցէ 'ի հողմն տէր. և ահաւասիկ շարժումն, և չիցէ 'ի շարժումն տէր. և ահաւասիկ հուր, և չիցէ 'ի հուրն տէր: Այլ զի՞նչ միտք իցեն.այսր ամենայնի. քանզի համարիս թէ չկարեմ վրէժխնդիր լինել, հաւանեցուցից զքեզ, թէ ոչ առ տկարութեան չածեմ պատիժս մեղաւորին, այլ որպիսի գործս վրիժուց ունիմ. զոր ինչ առ ձեր դատաւորսն՝ սուրն և հուրն և ծովընկեցիկն գործեն, զայն մեծի դատաւորիս առ քաս վճարեն: Տե՛ս որպիսի անօթս պատժոց ունիմ. հողմ սաստիկ՝ որ ոչ միայն զմարդիկ փշրել կարիցէ, այլ և զլերինս խորտակել, և զբլուրս մանրել, և չէ 'ի հողմն տէր: Փոխանակ ասելոյ, թէ չկամիմ խստութիւն ճանաչել[1], այլ հանդարտութիւն զարմանալի լինել: ահաւասիկ հողմ սաստիկ ասէ, և փշրէ զլերինս, և մանրէ զբլուրս, և չէ 'ի հողմն տէր: Ահաւասիկ շարժումն. փոխանակ ասելոյ, թէ կարող եմ և շարժմամբ կորուսանել: Այլ ահաւասիկ հուր, և չէ 'ի հուրն տէր. ցուցանել ցուցանէ՝ և 'ի կիր չարկանէ:

Այլ այնմ դուք իսկ ձեզէն վկայէք, զի և շարժումն եցոյց, և հուր շաղաղոյց զքաղաքաւս. երկեցոյց, և չպատժեաց. եցոյց, և արգել. շողաց հուր զքաղաքաւս, եկին հասին ապաւանալիք. և կանխեաց մարդասիրութիւն: Այլ էր ասէ տեսանել զժողովուրդս ամբարշտեալ և պարապեալ մարդասիրութիւն. և էր տեսանել զամենեսեան 'ի մեծաց բարեխօսաց օգնականութիւն գտեալ, և վերակացու լեալ բարեխօսուն թագաւորութեան և քահանայութեան: Քանզի մեծապաշտ թագաւորն ընդ քահանայութեանս զուգեալ բարեխօսէր, և ածէր յաղերս զԱծ: Քանզի թագաւոր արդար նմանապէս կարող է վճարել, որպէս և քահանայութիւն որ պաշտէ, և թագաւորութիւն բա-

1 Ա. յօրինակն ճանաչել:

(1) Videtur terraemotum illum] designare sub Arcadio factum, quem et Chrysostomus

nimitate indulget praevaricatoribus, non vero ob impotentiam vix punit illos, dixit ei: *Ecce exies tu mane coram me, et ecce ventus vehemens, conterens montes, et diminuens colles; non erit autem in vento Dominus. Et ecce motus (terrae), et non erit in motu Dominus. Et ecce ignis, et non erit in igne Dominus*. Quid autem sit consilium horum omnium? Siquam putas, inquit, quod non valeam ulcisci, persuadebo te, quod non propter imbecillitatem non induco poenas peccatoribus, vide, quae habeo vindictarum instrumenta. Quidquid apud judices vestros gladius, et ignis, et immersio in mare agunt, id apud me maximum judicem haec perficiunt. Vide, qualia habeo punitionum instrumenta. Ventus vehemens, qui non solum homines possit conterere, verum etiam montes confringere, et colles diminuere: non est tamen in vento Dominus; id est, nolo in asperitate cognosci, sed tranquillitate mirabilis esse. *Ecce*, inquit, *ventus fortis*, conterens montes, et diminuens colles; at non est in vento Dominus. *Ecce et motus*; et hoc indicat, quod possum etiam terraemotu deperdere. *Ecce et ignis, sed non est in igne Dominus*. Ostendens ostendit, et non ponit in operam.

Et huic vos ipsi testimonio estis: (1) quoniam et motum ostendit, et ignem circa civitatem micare fecit. Terruit, non punivit; monstravit, et cohibuit. Micabat ignis circa urbem, pervenerunt minae, sed praevenit benignitas. *Et erat*, inquit (Scriptura), *videre populum munitum et circumductum benignitate*; et erat videre omnes auxilium invenisse a magnis intercessoribus, et protectos per intercessionem regni et sacerdotii. Siquidem piissimus rex cum sacerdotio junctus perorabat, et placabat Deum. Rex namque justus similiter rem peragere potest, sicut et sacerdotium: hoc per officium, et regnum per intercessionem persuadendo Deum. In mansuetudine demon-

describit in Oratione (Arm.) de Divite et Lasaro.

ընխօսութեան ածեալ 'ի հաւան զմտ։ Հեզութեամբ ցու-ցաւ փառաւորութիւն և ուղիղ կարգք նորա, յայտ է թէ որդի է մեծի Թագաւորին. զի նա զնետս բար-բարոսացն խափանեաց, և սա՝ զնետս որ յամպոցն տեղայինն՝ աղօթիւք փարատեաց։

Բայց զայն կամիմ Ճշգրտել, եթէ ընդէ՞ր յովհաննէս աւետարանիչ՝ որ այնչափ առաւելութեամբ լի էր, որ զաւետարանական անձրեւս յանձն ամփոփեաց՝ որդին որոտման, որ զամենայն միանգամայն զյորդութի շնորհացն յինքն կորզեաց, 'ի սկզբան աւետարանին չեկն 'ի պետրոսի բարբառն. չասաց, թէ 'ի սկզբանէ էր որդի, և ոչ՝ եթէ 'ի սկզբանէ էր միածինն. այլ զորդւոյ և զմիածնի թողեալ զյորձորձումն, 'ի բանն եկն. 'ի սկզբանէ էր բանն, և բանն էր առ այ, և այ էր բանն: Պետրոս՝ ոչ զի բանն կոչեաց, երանեցաւ, այլ զի որդի դաւանեաց. իսկ ընդէ՞ր արդեօք երանելին յովհաննէս զերանութեան եթող, և 'ի բանն ընթացաւ: Առաքեալքն գիտէին զինչ քարոզէին. և որք 'ի նոցանէն ընդունելոցն էին, չհանդարտէին առաւելութեան բանիցն: Վասնզի սկիզբն քարոզութեան և բանն յարժանիս և յանարժան լսելիս հնչէր, զի մի մարդկեղէն միտք զածեղէն վարդապետութիւն աղտեղացուցանիցեն, որդի լուեալ՝ հայր և մայր 'ի մտաց ստեղծանիցեն, և թանձրութի, և զայլ ևս մարմնոյ կարիս, վասն այնորիկ 'ի բանին յորձորձումն գայ, որ կարողն էր անդէն 'ի սկզբան բարբառոյն՝ զանկարեկանն մեկնել: Այլ տես որպիսի ինչ կարգ 'ի կիր արկանէ. սանդուխս հաստատեաց, և ընդ բազում որոշս հանէ զմեզ 'ի գլուխ յորդւոյն յորձորձումն. ոչ թէ զայն ինչ ուրացաւ, այլ դիպող ժամանակի պահէ:

'Ի սկզբանէ էր ասէ բանն. զի զանկարեկանն ուսուցանիցէս, և զծննդեանն ազատ սեպհականութիւն. քանզի բանի հանապազորդ միտքն են հայր: 'Ի սկզբանէ ասէ էր բանն: Նաև կոչէր իսկ ոչ աւանձինն, եթէ չէ՞ր ուրուք բանն, բան: Այլ ո՞յր իցէ բանն: Որ ասէ 'ի սկզբանէ առ այ, և այ էր բանն: Նախ զանկարեկան ծննդեանն մեկնէ. և ապա զանձինն ունելոյ առ հայր ցուցանէ զանքանակութիւնն (կամ զանքակութիւն), զէութեան միութի, զկա-

Dei vivi.

Verum tamen illud volo accurate certum facere, quare Joannes Evangelista, qui tot praerogativis plenus erat, quique Evangelicam pluviam in se collegit; filius, inquam, tonitrûs, qui omnem simul abundantiam gratiae sibi conciliavit, in ipso principio non venit in vocem Petri. Non enim dixit, In principio erat Filius, neque in principio erat Unigenitus, sed omissa Filii et Unigeniti appellatione, in Verbum venit. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*. Petrus, non quia Verbum appellaverit, beatificatus est, sed quia Filium professus est: quare ergo beatus Joannes beatitudinis causam praetermittens, in Verbum cucurrit? Apostoli sciebant quid praedicabant, qui vero ab ipsis recepturi erant, vix sufferebant celsitudinem verborum. Quoniam initium (vel, sub initio) praedicationis et verbum in dignas et in indignas aures personabat, ne forte humana mente divinam doctrinam coinquinarent; seu filium audientes, patrem et matrem in animo fingerent, crassitudinemque, et caeteras carnis affectiones, ea propter in Verbi nuncupationem venit, quae poterat vel in ipso principio vocis impassibilitatem (1) explicare. Vide autem, qualem usurpat ordinem. Scalas statuit, et per multos gradus distinctos elevat nos in culmen nuncupationis Filii; non eo negato, sed opportuno tempori servato.

In principio erat, ait, *Verbum*, ut impassibile esse edoceris, atque generationis liberam proprietatem: etenim verbi perpetuus pater est intellectus. *In principio*, ait, *erat verbum*. Neque vocabat quidem seorsum, nisi cujusdam fuisset verbum illud, verbum. Cujus autem sit illud verbum? *Erat*, ait, *in principio apud Deum, et Deus erat Verbum*. Primum impassibilitatem generationis exponit, postea vero relationis personae ad Patrem ostendit indissolutionem, naturae-

(1) Ut expertem esse affectionis humanae, vel carnalis.

ուեալ զբարբառն՝ առնէր զլոյսն ։ Կայցէ՞ ինչ այն֊
չափ մոլեկան մտացն յանդգնութի, թէ մարմնաւոր
ազդեցութի և աշխատութիւն կրեաց բանն ա՛յ ։ Եւ
եթէ հակառակիցեն ևս մարմնաւոր ազդեցութիւն
ինչ առնել, և ոչ ա՛ծեղէն զօրութի, դաւիթ 'ի մէջ
եկեալ յանդիմանէ զնոսա, եթէ բանիւ տ՛ն երկինք
հաստատեցան ։

Իսկ արդ՝ եթէ ասաց հայր, եթէ եղիցի լոյս, և
եկեալ բարբառն չգործեաց ինչ գործս, այլ կաց
մնաց որդւոյ, մինչ կարօ՞տ ինչ էր հայր, և որդւոյն
ի նոյր զկարօտութին. ասաց՝ թէ եղիցի լոյս, և չըն֊
թացաւ ընդ նմին բնութին. ասաց՝ եղիցի հաստա֊
տութի, և բանն գործ ինչ ոչ կատարեաց. այլ խօ֊
սէր հայր, և մնայր որդւոյ արարչութեն ։ Տե՛ս զի՞
գործես. գուցէ մինչ զայդ ճարտարիցես, այլ ամ֊
բարշտութիւն մուծանիցես. որպէս թէ հայր տկար
ինչ էր, և որդի զօրաւոր ։

Այլ, ասա, ասա զօրինակն, զի՞նչ իցէ՝ 'ի ձեռն
որդւոյ ։ Որդւով առնէ արար զարարածս ։ Ո՞ զնա ։
Հայր (առնէ) արար ։ Մատուցէ՞ք մ՛տ զանհնարին
մեզս. զի զիս և ընդ բանս իսկ սարսուռն առնու,
յորժամ զպատմութի հայհոյութեն լսեմ ։ Այլ մի
ինչ ընդ այն զարմասցիս, զի զհայհոյութի հերձուա֊
ծողացն մուծանելոց էր նա (սատանայ), ոչ յայտ֊
նի բանիւք եմոյծ, այլ զգուշացաւ. և չասաց մերկ
զհայհոյութին, այլ պատրուակաւ. ուր և զի ցո՛ծ
իսկ ասաց, աղէ մերձեալ 'ի մարմինս նորա. եթէ
ոչ յերեսս իսկ օրհնեսցէ զքեզ. փոխանակ ասելոյ,
թէ անիծեալ իցէ ։ Նոյն հերձուածողաց աշակերտա֊
քըն. իբրև 'ի նոցանէ լուիցի այն, և մի իբրև 'ի
մէնջ. Հայր առնէ զորդի միայն արար, և զայլ ա֊
րարածս ամենայն որդի ։ Նոյն զօրինակ լինելոյն. և
թէ կամօք եղև որդի, կամօք ա՛յ եղաք և մեք, և
այլ ևս արարածք, զի՞նչ 'ի միջի կայցէ ընդ երկըր֊
պագուս, և ընդ այն որ զերկրպագութիւն առնու ։
Եթէ ըստ իմում օրինակի եղև, վասն է՞ր յինէն
երկրպագութի պահանջիցէ ։ Եթէ նա յօժարէ եղև
կամօքն ա՛յ, և աշխարհս յօժարէ կամօքն ա՛յ, զի՞նչ
'ի միջի կայցէ՝ զայն ոչ տեսանեմ ։ Եթէ զնա հայր

poralem inspirationem laboremque passum fuerit Verbum Divinum. Quod si etiam instabunt corpoream aliquam dicere admonitionem, et non Divinam virtutem, David veniens in medium increpat illos, dicens: *Verbo Domini caeli confirmati sunt*.

Atqui si dixit Pater, *fiat lux*, et vox illa erumpens nihil operis fecit, sed expectavit Filium, num indigus quidam erat Pater, et per Filium implebat indigentiam suam? Dixit, *fiat lux*, et non concurrit natura: dixit, *fiat firmamentum*, et verbum nullam operam edidit; sed loquebatur Pater, et expectabat creationem a Filio faciendam. Cave, quid agis? ne forte dum haec adstruis, aliam impietatem introducas; ac si Pater debilis quodam modo sit, et Filius fortis.

Age, dic; dic mihi modum rerum, quid sit illud, *per Filium*. Per Filium, inquiunt, fecit creaturas. Quis ergo illum? Pater, inquiunt, fecit. Propitius erit Christus immani peccato; quoniam me et merum dictum tremore concutit, quum historiam blasphemiae audio. Neque id mireris; quoniam (vel ipse diabolus) qui blasphemiam haereticorum introducturus erat, non manifestis verbis introduxit, sed cautione usus est: non nude protulit blasphemiam, sed sub velamine: Ubi et ad Deum ipsum dixit, *Age, tange carnem ejus, si non ad faciem etiam benedicet te*; loco dicendi, *maledicet*. Haereticorum vero discipuli dicunt: attamen tamquam ex ore eorum audiatur, non autem a nobis: dicunt nimirum, Pater Filium solum fecit, et caeteras creaturas omnes Filius. Dic mihi (o haeretice,) exemplum facti Filii. Si per voluntatem factus fuit filius, per voluntatem Dei facti sumus nos quoque, et residuae creaturae, quid ergo intersit inter adoratores, et eum qui adorationem accipit? Si secundum me factus fuit, cur a me adorationem exigit? Si ille de nihilo factus fuit, volente Deo, et mundus ex nihilo, volente Deo, quid intersit, illud non video. Si eum

ած 'ի միջի, և զայլ արարածս որդի, եթէ կայցէ ինչ անջրպետութիւն 'ի միջի, որով որդին եկն յառաջ, ասա. ապա թէ չկայցէ, և կամօքն միայն յոչնչէ եղև որդի, և այլ ամենայն արարածք կամօք յոչնչէ, զիա՞րդ իցէ՝ զի որ կամօքն այ յոչնչէ եղև իբրև զմեզ, 'ի մէնջ երկրպագութիւն առնու:

Այո՛, ասեն, առնու. քանզի չէ՛ իբրև զայլ արարածս, անցանէ ըստ ամենայն արարածս, անցանէ ըստ ամենայն կարգս եղելոց: Բանիւք միայն ճարտարեն, և թշնամանեն զնմանէ: Ո՛չ զի 'ի վեր քան զարարածս է՝ պարտ է երկրպագութիւն առնուլ յարարածոց, եթէ չիցէ արարիչ և տէր արարածոցն, և յանէութենէն [1]. քանզի արարած յարարածոյ չառնու երկրպագութիւն: Առաւե՛լ են երկինք քան զերկիր, այլ չպարտի երկրպագուն երկիր երկնից: Առաւել են աստեղք քան զտունկս, այլ չպագանեն երկիր տունկք աստեղաց: Առաւել է հրեշտակ քան զմարդ, այլ չպագանէ երկիր մարդ հրեշտակի: Եւ զմարդոյ ընաւ զի՞ իսկ ասիցեմ. զի՞նչ նման է մրջիւն գաբրիէլի, կամ մժիխ միքայէլի. այլ քանզի նոքա արարածք են, և սոքա արարածք, յերկրպագութենէ համարի՝ և՛ հրեշտակք ըստ սոսա իջանեն, և՛ անկածքս առ նոսա ելանեն, և շուրջ զաթոռովն երկրպագութեն պսակին. առաւելութեամբն զատեալ մեկնեալ են նոքա 'ի սոցանէ, և արարածովն և երկրպագութեամբն՝ յար, և միմեանց մերձաւորք:

Եւ լո՛ւր երանելոյն Դաւթի. օրհնեցէ՛ք ասէ զտէր յերկնից, օրհնեցէ՛ք զնա 'ի բարձանց. օրհնեցէ՛ք զնա ամենայն հրեշտակք նորա, օրհնեցէ՛ք զնա ամենայն զօրութիւնք նորա. արև և լուսին, ամենայն աստեղք, և լոյս, և երկինք երկնից, և ջուրք որ 'ի վերոյ քան զերկինս: Եւ իբրև 'ի գլուխ եհան զնոցա թիւն՝ որ 'ի վեր են քան զաշխարհ, յարէ 'ի նոյն զօրհնեցէ՛ք զտէր յերկրէ. նովին բարբառով զնոյն երկրպագու-

[1] Կամ գրելի էր, և յանէութենէ, այսինքն անեղ. կամ 'ի յանէութենէ:

Pater edidit, et alias creaturas Filius, si intersit in hoc intervallum, quo Filius editus fuerit, dic: sin autem non sit, sed sola voluntate de nihilo factus est Filius, et aliae universae creaturae per voluntatem de nihilo, quomodo fieri poterit, ut qui volente Deo ex nihilo factus fuerit sicut nos, a nobis adorationem acciperet?

Immo, dicunt, accipit; quia non est sicut aliae creaturae, sed superat omnem creaturam, transcenditque omnem ordinem factorum. Ita verbis tantum ludunt, sophisticam artem exercentes, et conviciantur naturam ipsam. Non enim eo quod supra alias creaturas est, oportet adorationem accipere a creaturis, si non sit Creator et Dominus creaturarum, et increatus ipsâ naturâ (1): siquidem creatura a creatura non accipit adorationem. Excellit caelum magis quam terra, sed non debet terra caelo adorationem. Antecellunt stellae plantas, sed non adorant plantae stellas. Superat Angelus hominem, sed non adorat homo Angelum. Et quid dico de homine? Quae similitudo est formicae ad Gabrielem, vel culicis cum Michaele? quoniam tamen tam illae creaturae sunt, quam isti creaturae, in ordine adorationis Angeli quoque humiliantur cum illis, et viles istae ad eos elevantur, et circa thronum adorationis eandem coronam perficiunt. Praerogativis quidem separati sunt illi ab istis, sed ratione creaturae atque adorationis proxime accedunt ad se invicem.

Audi Beatum David: *Benedicite*, ait, *Domino de caelis, benedicite illi de excelsis. Benedicite eum omnes Angeli ejus, benedicite eum omnes virtutes ejus*; sol, et luna, stellae omnes, et lux, et caeli caelorum. Completo autem illorum numero, qui supra mundum sunt, subjungit et hoc, *Benedicite Domino de terra*, eadem voce eandem definiens adorationem. Non aliter Angeli adorant, atque aliter homines. *Benedicite*, ait,

(1) Sic supponere videtur illa vox, յանէութենէ (իբր յանէ-ւութէ.) quae alias est, *inexistentia*, sive *nullitas*: unde potest etiam verti. *creator creaturarum ex nihilo*.

թ͞ի սահմանէ. ո՛չ այլ ազգ հրեշտակք երկիր պագանեն, և այլ ազգ մարդիկ։ օրհնեցէք ասէ զտէր յերկնից, օրհնեցէք զտէր յերկրէ. օրհնեցէք զնա ամենայն հրեշտակք նորա, վիշապք և ամենայն խորք. զի՞նչ նման հրեշտակք վիշապաց իցեն։ Հուր և կարկուտ, ձիւն և սառն, հողմ և մրրիկ, գազանք և ամենայն անասունք. արջք, առիւծ, ինձ, յովազ, վարազ, և ամենայն գազանք. անասուն՝ ուղտ, էշ, եզն, ամենեքին սոքա ընդ նոսա երկիր պագանեն. ո՛չ եթէ զառաւելութ͞ի կարգին չառնուն 'ի միտ, այլ զերկրպագութ͞են զհասարակաց պատիւն ճանաչեն։ Գազան ասէ, և ամենայն անասունք, սողուն, և թռչուն, ազգաւք ընդ հրեշտակս օրհնեն. սողունք ասէ, իժք, օձք, և կարիճք, և ամենայն ազգ սողնոց։ Տեսանես զի պատուոյն առաւելութիւն չփոքրկացուցանէ զերկրպագութիւն նուազագունացն. քանզի ո՛չ եթէ վասն զի նոքա առաւել արարածք են, սոքա չունիցին մասն ինչ երկրպագութեանն, այլ զի տէրունական պատիւն, և ա͞ծեղէն էութ͞ին յամենեցունց փառաւորեսցի։ քանզի ամենայն արարածք արարչին պարտին երկրպագութ͞ի։

Բայց արդ ցոյց զայլակերպութի՞ն՝ որ 'ի միջի կայցէ. յորժամ զհօրէ ասես, թէ 'ի նմանէն է ամենայն ինչ, կերպարանօք իսկ առանց բարբառոյ ցուցանես զառաւելութ͞ի. զի նախ քան զբանսն երեսօքն իսկ հայհոյեն հերձուածողքն. յորժամ վասն հօր վկայիցեն, սկսանին ասել, մի ա͞ծ հայր, յորմէ ամենայն, և մի է տէր յ͞ս ք͞ս՝ որով ամենայն։ Նախ քան զլեզուդ՝ երեսքդ հայհոյեն, յառաջ քան ըզբանսդ՝ դէմքդ փոքրկացուցանեն։ Ո՛հ ապախտաւորութ͞են. մարգարէքն և զարարածս մեծացուցանեն, և հերձուածողքն զարարիչն փոքրկացուցանեն. դաւիթ յարգէ և մեծարէ զարարածս, թէ որպէս զի մեծ են գործք քո տէր. ա͞ծապաշտքն և զգործս մեծացուցանեն, ամբարիշտքն և զարարիչն փոքրկացուցանեն։

Զարարածս, ասեն, մեծացուցանեն, քանզի չունին յանձնէ զմեծութ͞ին. բայց զորդի չէ՞ պարտ մեծա-

Domino de caelis. Benedicite Domino de terra. Benedicite eum omnes Angeli ejus, atque dracones, et omnes abyssi. Quo, quaeso, similes sint Angeli draconibus? Adhaec ignis, et grando, nix, glacies, ventus, procella, ferae et omnia jumenta; ursa, leo, pardus, pardalis, aper, una cum cunctis bestiis; sicut et jumenta, camelus, asinus, bos. Ista omnia cum illis adorant, non quod praestantiam ordinis nesciant, sed quia adorationis communem honorem cognoscunt. Bestiae, dicit, et cuncta jumenta, serpens, et volucris, corvi una cum Angelis benedicunt; serpentes, inquit, viperae, anguillae, scorpionesque, et universum genus reptilium. Viden' quod honoris praestantia non minuit adorationem minorum? quoniam non eo quod illi creaturae sint praestantiores, ista non habeant aliquam partem adorationis, sed ut Dominica dignitas Divinaque essentia ab universis glorificetur: quoniam omnes creaturae Creatori debent adorationem.

Nunc itaque ostende differentiam quae intercedit. Quando de Patre dicis, quod ab ipso sunt omnia, per faciem ipsam tuam sine voce praestantiam demonstras. Siquidem ante verba vultu ipso quidem blasphemant haeretici. Quum de Patre disserunt, incipiunt dicere: *Unus Deus Pater, a quo omnia, et unus est Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* Ante linguam vultus tuus blasphemat, ante verba facies tua diminuit. O ingratitudinem! Prophetae creaturas etiam magnificant, haeritici vero Creatorem diminuunt. David honore prosequitur creaturas, *O quam,* dicens, *magna sunt opera tua Domine!* Pii vel ipsa opera magnificant, impii vero et Creatorem minuunt.

Creaturas, inquiunt, magnificare convenit, eoquod per se non habeant magnitudinem; Filium tamen non

ցուցանել, առաւել քան որպէս ինչ իցէն, ընդ (Յս) չափ իմն հանել զպատիւն. որպէս թէ ողորմել իշխանութիւն ունիցին որդւոյ. մարդասիրութիւն ցուցանել՝ ամբարշտեն բանիւք. ամբարշտեն՝ զմիտսն բանիւքն չիմանալով: Բայց ես գիտեմ զքն մեծացեալ, ոչ յաւելուածով ինչ բնութեն, այլ երկրպագուաց երախտաւորութբ: Լուր երանելոյն Դաւթի՝ որ մեծացուցանէ, օրհնեցէք ասէ զանուն տյ իմոյ օրհնութբ, և մեծացուցից զնա գովութբ. ոչ եթէ 'ի փոքուէ մեծացուցանիցէ, այլ որ յանհաւատիցն փոքր կարծէր, մեծացուցանէ զբարերարն. մեծ արարից զնա գոհութբ: Պօղոս մեծացուցանէ զկենարարն. եթէ կենօք և եթէ մահուամբ՝ մեծասցի քն 'ի մարմնի իմում. ընդէ՞ր մեծացուցանէ, զի չգտանէ զչափն. վասն է՞ր մեծացուցանիցէ, քանզի չկարէ մարդկեղէն լեզուաւ հասու լինել այնմ պատուոյ. մեծացուցանէ՝ ոչ զբնութիւն փառաւորելոյն, այլ զօրհնութեանցն զբանսն. մեծացուցանեմ զքն, որչափ ինչ կարող իցեմ, և ոչ եթէ ըստ մեծութեան կարիցեմ բարբառել:

Որպէս մեծացուցանեն զած ածապաշտքն, նմինպէս և բարձր առնեն: Բարձր առնեմ զքեզ ած իմ և թագաւոր իմ. միթէ 'ի խոնարհութէ 'ի բարձրութիւն ածիցեն: Եւ արդ՝ զի՞նչ իցէ բարձր առարից. փոխանակ ասելոյ, եթէ զբարձրութիւդ քո քարոզեցից: Եւ քանզի չէ բաւական մարդկեղէն բնութիւն, հրաման տան ածեղէն գիրք, եթէ բարձր արարէք զտէր ած մեր. քանզի նա 'ի վեր քան զբարձրութիւն է, և չչափի ձեռով փառաւորութեդ բարձրութիս: Ուստի և մտավարժք երեք մանկունքն, որք զհնոցն եկեղեցի գործեցին, և զբոցն 'ի ցօղ փոխեցին հաւատոցն զօրութբ, զի ըստ կարին օրհնէին, և զաւելին քան զկարն թողուին, օրհնեցէք ասեն ամենայն գործք տն զտէր, օրհնեցէք և առաւել բարձր արարէք զնա յաւիտեան: չհամարեցան բաւական զբարձրն առնել, այլ յառաւել բարձրն առնել դիմեցին. քանզի տեսանէին զմարդկեղէն տկարութիս յանդիմանեալ յառաւել մեծութենէ: Եւ ասա զգուշութբ իմն զգուշացեալ երից մանկանցն՝

oportet magnificare, ne, quam par est, modum excedat honor: quasi vero facultatem habuerint miserendi Filii; humanitatem volentes ostendere, impie agunt verbis, impieque agunt mente, non intelligentes verba. Ego tamen scio Christum magnificari posse, non augmento quodam naturae, sed adorantium gratitudine. Audi beatum David magnificantem: *Benedicam*, ait, *nomen Dei mei benedictione, magnificabo eum laudibus;* non quod de minore magni faciat, sed eum qui ab infidelibus minor putabatur, magnificat benefactorem. *Magnum eum faciam in gratiarum actione*. Paulus quoque magnificabat Salvatorem, dicens: *Sive per vitam, sive per mortem magnificetur Christus in corpore meo*. Quare magnificat? quia non invenit mensuram. Cur magnificet? quoniam nequit humanâ linguâ attingere illam dignitatem. Magnificat, non naturam Gloriosi, sed verba benedictionum. Magnifico Christum, quantumcumque possum, non vero quasi secundum suam magnitudinem possim loqui.

Quemadmodum magnificant Deum pii, sic etiam exaltant. *Exalto te Deus meus, et rex meus*. Anne de humilitate in altum educant? Quid ergo sit, *Exaltabo?* Idem est ac diceret, celsitudinem tuam celebrabo. Quia vero non est sufficiens humana natura, ideo jussum dat Divina Scriptura, *Exaltate Dominum Deum nostrum:* quod nimirum supra quam altitudo est ipse, et non mensuratur vestra glorificatione altitudo ejus. Unde et sapientissimi tres pueri, qui caminum Ecclesiam fecere, et flammam in rorem verterunt per virtutem fidei, quantum poterant, benedicentes, ampliora suis potentiis relinquebant (caeteris), dicentes: *Benedicite omnia opera Domini Domino, benedicite, et superexaltate eum in aeternum*. Vix sufficiens arbitrantes exaltare, ad superexaltationem perrexerunt; videbant enim humanam imbecillitatem a summa majestate convictam. Et hic sane nimia accuratione adhibita, tres pueri convocant in adorationem universam creaturam: quippe qui mentionem fecerunt An-

անձին յերկրպագութիւն զամենայն արարածս. քանզի զհրեշտակաց յուշ արարին, և զհրեշտակապետաց, և զզօրութեանց, և զջրոց. և զարեգականէ, և զլուսնոյ, զգետոց և զաղբիւրաց, զերկրէ և զպտղոց. զծովէ և զկայտառոց, զթռչնոց և զանասնոց, ըզգազանաց և զսողնոց, և զմարդկանէ. յայնմ ամենայնի ոչ զորդւոյ ինչ յիշատակ 'ի մէջ բերին, և ոչ զհոգւոյն սրբոյ. քանզի ոչ 'ի կարգի երկրպագուացն է որդի, այլ յերկրպագութիւն առնլոյ:

Բայց թերևս ասիցէ ոք, թէ զիա՞րդ կարէին ածել զորդի յերկրպագութիւն երեք մանկունքն, որ գիտէին իսկ ոչ զնա՝ թէ է որդի: չէին տեղեակ. քանզի մարգարէքն ոչ ինչ յայտ յանդիմանս խօսէին զորդւոյ պատուոյն: Այլ հոգւոյն սրբոյ քարոզէր նոքօք անուանն. թէպէտ որդւոյ անունն օտար ինչ թուէր նոցա, այլ հոգւոյն յայտ յանդիմանս կայր. որպէս և եսայի ասէ, թէ նոքա հեստեցին և զայրացուցին զհոգին ս՟բ. և երանելին դաւիթ, թէ մի ընկենուր զիս տէր յերեսաց քոց, և զհոգի քո ս՟բ մի հաներ յինէն: Տես զհաստատութիւնն.. ոչ եթէ յետոյ եղեն քան զերիս մանկունսն դաւիթ և եսայի. զի մի ոք ասիցէ, թէ յայնմ ժամանակի չէր ինչ յայտնի, և յետոյ յայտնեցաւ: Այլ երեք մանկունքն յետոյ են քան զդաւիթ և զեսայի, ապա ուրեմն տեղեակ էին գրոց մարգարէիցն, և գիտէին զհոգին ս՟բ քարոզեալ. իսկ ընդէ՞ր զայլ ամենայն արարածս ածեն յերկրպագութիւն, և զհոգին չյիշեցին. զհրեշտակս, զհրեշտակապետս, զզօրութիւնս, և զայլսն մի ըստ միոջէ, և զհոգին չյիշեցին: Վասնզի տեսանէին զնա՝ ոչ ընդ արարածս լծեալ, այլ յա՟յ երևեալ. քանզի և նոքա հոգւովն ս՟բվ լուսաւորեալք էին. և զօրութ՟բ հոգւոյն սրբոյ ամրացեալք կոխէին զհուրն, որպէս զերկաթի ստոմ [1], կամ որ 'ի պողովատիկ զտիցի և մխեսցի, և՛ս կարծրագոյն և հաստ լինիցի. նոյնպէս և յորժամ հոգւովն ս՟բվ մխեցին հոգիքն արդարոց, յայնժամ զհուրն առ ոչ

1 Ստոմ, եթէ իցէ բառ. յն. սայր սուսերի:
ստոմա, նշանակէ. բերան կամ (1) Gracco more accipe, ut

gelorum, Archangelorum, virtutumque, atque aquarum, solis, lunae, fluviorum et fontium, terrae, et fructuum, maris et aquatilium, volucrium, jumentorum, bestiarum, reptilium, hominumque. In his autem omnibus nec Filii memoriam aliquam induxere, neque Spiritus sancti. Non enim in serie adorantium est Filius, sed acceptantis adorationem.

At fortassis quis dixerit, quomodo poterant inducere Filium in adorationem tres pueri, qui nec sciebant quidem ipsum Filium extitisse? Esto, ignoraverint, eo quod prophetae nihil evidenter loquebantur de honore Filii, sed Spiritûs Sancti nomen celebrabatur per illos. Quamvis ergo Filii nomen peregrinum quoddam videretur eis, sed Spiritûs sancti evidentius in conspectu erat. Sicut et Isaias dicit, quod *illi desciverunt, et exacerbarunt Spiritum Sanctum*. Et Beatus David: *Ne rejicias me Domine a facie tua, et Spiritum tuum Sanctum ne educas a me*. Vide constantiam probationis. Non enim post tres pueros fuere David et Isaias, ut queat quis dicere, quod eo tempore non erat manifestus, et postmodum revelatus fuit. Tres ergo pueri quum post David et Isaiam extiterint, callebant utique libros prophetarum, et sciebant Spiritum sanctum jam praedicatum. Quare itaque alias omnes creaturas adducentes in adorationem, vix meminerint Spiritûs? Angelos, Archangelos, virtutes, caeteraque singillatim memorarunt, Spiritum vero minime. Quoniam videbant eum non cum creaturis junctum, sed ex Deo apparentem [1]: quia et ipsi Spiritu sancto illuminati erant, atque virtute Spiritus sancti muniti, conculcabant ignem. Quemadmodum acies [2] ferri, vel sicut chalybs expurgatus, et immersus, durius acutiusque redditur, sic et quando per Spiritum sanctum immerguntur animae justorum,

procedentem, sive ortum.

(2) [illegible] *stom.* vox incertae significationis, nisi sit Gr. *στόμα*. *os, acies gladii*.

ինչ համարին, և զջուր, և զերկինս, և զերկիրն, և զամենայն որ 'ի միջի կայցէ ։

Նաև զի յայտ ածից զբանս, և մի տարապարտ ինչ կարծիս համարիցին աշակերտքն հերձուածողաց, 'ի պօղոս ածից զբանն, որ համարի զարարչութիւն փրկչին, զոր հերձուածողքն կամակորեն. քանզի զայն, թէ 'ի նորա ձեռն եղև, վեր 'ի վայր իմն յեղյեղեն, առ 'ի ցուցանելոյ այնու զնուաստութիւն ինչ որդւոյ. պօղոս 'ի միւսում վայրի չասէ՝ թէ 'ի ձեռն նորա, այլ թէ նովաւ իսկ ։ նովաւ ասէ հաստատեցաւ ամենայն՝ որ ինչ յերկինս, և որ ինչ յերկրի ։ Ահա դիր հաստատութ͞ն, որ ինչ յերկինս, և որ ինչ յերկրի, զի մի 'ի կարծիս ինչ անկացէ զմեզ, և 'ի զուր գայթագղանս համարի զարարածս, զի անարատ պահեսցէ զանարար բնութիւնն. Ամենայն ինչ ասէ 'ի ձեռն նորա եղև, եթէ աթոռք, եթէ տէրութիւնք, եթէ իշխանութիւնք. և դարձեալ՝ թէ նովաւ հաստատեցաւ ամենայն ։ Ո՞ր ամենայն ։ Աթոռք, իշխանութիւնք, տէրութիւնք, պետութիւնք, ամենայն ինչ 'ի ձեռն նորա և 'ի նոյն հաստատեցաւ. և ոչ միայն 'ի ձեռն նորա և 'ի նոյն, այլ նովաւ և 'ի նոյն. և նա է յառաջ քան զամենայն. և ամենայն նովաւ հաստատեցաւ ։

Այլ ընդէ՞ր եթող զայլ ևս արարածսն, և չասաց՝ թէ արեգակն և լուսին, թէ երկինք, թէ երկիր, թէ աստեղք, թէ այլ ամենայն ։ Վասնզի երևելիքս յայտնի իսկ են, թէ զարարածոցն կարգ ունէին, վասն այնորիկ զյայտնիսն թողու. և զի յաներևոյթսն երկրպագուաց կարգք են, և անարար բնութիւն՝ որ զերկրպագութիւնսն առնու, հարկ համարի թուել զամենայն որ 'ի վերոյ քան զերկինս իցեն. զի զերծուցանիցէ զհոգին ս͞բ 'ի հայհոյութ͞է, և չտայցէ ուրախ լինել հերձուածողացն ։ Ամենայն ինչ ասէ 'ի ձեռն նորա եղև. եթէ աթոռք, եթէ պետութիւնք, եթէ իշխանութիւնք, եթէ տէրութիւնք. և չասաց, թէ հոգին ս͞բ ։

Այլ արդ՝ ասասցեմ, թէ ուստի՞ եկին յայն հերձուածողքն, քանզի չդանդաղեցան և զմերով տկարութ͞ես հեղուլ հայհոյութ͞ի, և ընուլ զամենայն քա-

tunc ignem per nihilo ducunt, et aquam, et caelum et terram, et quidquid intersit.

Verum ut dilucidum reddam verbum, et ne inanem quandam opinionem reputent discipuli haereticorum (veritatem), ad Paulum reducam sermonem, qui (indubiam) credit creativam Salvatoris vim, quam haeretici depravant. Illud enim, *per ipsum facta sunt*, isti susque deque revolvunt ad ostendendam diminutionem quamdam Filii. Paulus autem in uno loco non dicit solum *per ipsum*, sed etiam *in ipso*. *In ipso*, inquiens, *condita sunt universa in caelis, et in terra*. Adverte constanter, *universa in caelis, et in terra*. Ne in dubium aliquod conducat nos, et in inanem offensionem recenseat creaturas, sed potius ut integram servet increatam naturam, ait: *Omnia per ipsum creata sunt, sive throni, sive dominationes, sive principatus*; et rursum, *Omnia in ipso constiterunt*. Quae omnia, vel universa? Throni, principatus, dominationes, potestates. *Omnia per ipsum, et in ipso constitere* (vel, *creata sunt*). Vide, non solum *per ipsum*, et *in ipso*, verum etiam *ipso*, et *in ipso: et ipse est ante omnia, et omnia ipso constiterunt*.

Quare autem praetermisit caeteras etiam creaturas, et non dixit, sive sol, sive luna, sive caeli, sive terra, sive stellae, sive caetera omnia? Quoniam visibilia jam manifesta sunt ordinem tenere creaturarum, ideo omittit manifesta. Quia autem inter invisibilia classes sunt adorantium, ne connumeretur etiam increata natura acceptans adorationem, necessarium existimat recensere omnes, qui supra caelos sint, ut eximat Spiritum sanctum a blasphemia, nec det haereticis ut exultent. *Omnia*, inquit, *per ipsum facta sunt, sive throni, sive potestates, sive principatus, sive dominationes*: et non dixit, quod et Spiritus Sanctus.

Dicant itaque, unde huc venerint haeretici? ita ut neque cunctati sint et in nostram imbecillitatem incurrere blasphemiam, et implere omnes civitates (vel

ղաքս, որպէս թէ եկեղեցի երիս ամենակալս քարո-
զիցէ ։ Բայց ես կամէի վերստին հաւանեցուցանել
զնոսա, մի մեզ մեղադիր լինել, այլ՝ մարգարէիցն ։
Եթէ զիմոց ինչ մտաց բանս՝ 'ի մէջ բերէի, և նո-
րաձևս ինչ ընդդէմ ճշմարտութեանն ձևէի, ապա
յիրաւի բամբասէին ։ իսկ եթէ զմարգարէիցն զբանս
երկրորդեմք, զրպարտութի ոչ զմեզ անկանի՝ որ
մեկնեմքս, այլ զնոքօք՝ որ զկրօնս կարգեցին ։ Բաւա-
ցաք, ոչ որպէս հայհոյեցինն, այլ որպէս հաւատամք ։
Եկեղեցի ոչ երիս ամենակալս գիտէ, այլ մի զօրու-
թի՝ որ զամենայն ունի ։ Ճշմարտութ՟ք ամենակա-
լութի 'ի հայր և յորդի և 'ի հոգի ս՟բ ճանաչի ։ Որ
ասիցէ երիս ա՟ծս՝ ուրոյն 'ի միմեանց, նզովեալ լիցի ։
և որ ոչ դաւանեսցէ մի ամենակալ զերրորդութիւն,
նզովեալ լիցի ։

Բայց մի օտարոտի և նոր ինչ զբանս համարես-
ցիս, յորժամ տեսանիցես հայհոյութի հեղեալ զճշ-
մարտութ՟ն, զմտաւ ած զառաջին սկսն ։ Ստեփա-
նոս ետես զերկինս բացեալ, և զփրկիչն ընդ աջմէ
ա՟յ ։ զոր ետեսն քարոզեաց, և հայհոյութե կարծիս
առ՝ վասն քարոզութե ։ Նորև հնչեաց սկսն և մե-
ծաբարբառ փողն, թէ տեսանեմ զերկինս բացեալ,
և զորդի մարդոյ՝ զի կայր ընդ աջմէ ա՟յ, չկալան
հրէայքն ժոյժ ճշմարտութե ։ այլ խցին զականջս,
որպէս թէ հայհոյութիւն պատմեսցի, և ոչ ճշմար-
տութի քարոզեսցի ։ Դու արդ՝ մի ինչ նոր և օտարա-
տի համարեսցիս, եթէ ճշմարիտ բանն հայհոյութի
կարծիցի ։ քանզի սովոր է չարութիւն զիւրն զառա-
քինութի արկանել ։ Եթէ մեք ինչ ճոխացաք, դա-
տելոց եմք ընդ ճոխութե ։ եթէ մեք նորաձև ինչ
ձևացաք, համարս տալոց եմք ընդ նորաձև ձևանա-
լոյն ։ եթէ մարգարէիցն բանք պատմին, մեր զի՞նչ
վնաս իցէ ։ Այսպէս ասէ տէր ամենակալ, ահաւա-
սիկ ես եկից և բնակեցայց 'ի միջի քո ասէ տէր, և
ապաւինեսցին 'ի քեզ ազգք բազումք, և ծանիցիք
զի տէր ամենակալ առաքեաց զիս ։

Ո՞ւր խնդրես զմեր բանս, և չխնդրես զմարգա-
րէիցն ։ Համարձակիմ ճշմարտութ՟ք տալ վճիռ ։
ուր ճշմարտութի իցէ, անդ չիք ուրեք երկիւղ ։ ուր

totam civitatem), quasi vero Ecclesia tres omnipotentes praedicasset. Caeterum ego vellem iterum persuadere eis, ne nobis imponant, sed prophetis. Namque si propriae meae sententiae verba protulissem, et novitatem aliquam contra veritatem excogitassem, jure meritoque me recenserent. Sin autem prophetarum dicta exponimus, calumnia non in nos cadit, qui exponimus, sed in illos qui dogmata constituerunt. Diximus, non sicut blasphemant, sed sicut credimus. Ecclesia non tres omnipotentes novit, sed unam virtutem, quae omnia (potenter) tenet. Veraciter Omnipotentia in Patre et Filio et Spiritu Sancto agnoscitur. Qui dixerit tres Deos seorsum ab invicem, anathema sit. Et qui non profiteatur unam omnipotentem Trinitatem, anathema sit.

Verum tamen nil peregrinum, neque novam rem putes, quando videbis blasphemiám inustam veritati. Meditare antiquos Sanctos. Stephanus caelum vidit apertum, et Redemptorem a dextra Dei. Quod autem vidit, praedicavit, et in blasphemiae suspicionem venit propter praedicationem. Nam quando sonuit sanctus ille, canora tuba, quod *Video caelos apertos, et Filium hominis stantem a dextris Dei,* vix sufferre potuerunt Judaei veritatem, sed obturarunt aures, ac si blasphemia narraretur, non vero veritas praedicaretur. Nihil ergo novum alienumve censebis, si verum verbum blasphemia reputetur. Solet enim malitia res suas super virtutem conjicere. Si nos jactavimus quodam modo, judicandi sumus secundum jactationem. Si nos novitatem excogitavimus, rationem daturi sumus de novitate excogitata. Sin autem prophetarum verba narrantur, quae nostra culpa? *Haec ait Dominus omnipotens: Ecce ego veniens habitabo in medio tui, dicit Dominus, et confugient in te gentes plures, et noscetis, quia Dominus Omnipotens misit me.*

Quid versas agitasque nostra verba, et non versas prophetica? Praesumo in veritate sententiam dare: Ubi veritas sit, ibi nullus umquam timor. Ubi fides

հաւատք իցեն ; չհասանէ զանդիտել. ուր հաւատք են, անդ զօրութիւն է. և ուր անհաւատութիւն, զանդիտանք։ Այնպարտն ասաց ցաշակերտսն, թէ ընդէ՞ր վատասիրտք էք, և չունիք հաւատս։ Տեսանես, ուր անհաւատութիւն է, վատասրտութիւն է. և ուր հաւատք, զօրութիւն։ Ստեփաննոս, ասէ, լի՛ հաւատովք և զօրութեամբ առնէր նշանս մեծամեծս ՚ի մէջ ժողովրդեանն. և զաբրահամէ ասէ պօղոս, թէ չերկմտեաց անհաւատութեամբ, այլ զօրացաւ հաւատովք։ Համարձակիմ և ես ասել, թէ ուր (կամ որ) անուն հօր է, նոյն և որդւոյ. օրհնեալ ասէ որ գալոցն է անուամբ տ̄ն. և կենարարն, թէ ես եկի անուամբ հօր իմոյ։

Խնդրեսցուք թէ զի՞նչ անուն հօր իցէ։ Անուն հօր՝ զա̄ծն և զտէր քարոզեն գիրք. այս է անուն իմ։ Ա՛հա դիր հաստատութեամբ. ես եմ ասէ տէր ա̄ծ, այս է անուն իմ. եթէ տէրն և ա̄ծ՝ անուն հօր իցէ, և գտանիցեմ զնոյն անուն և որդւոյ, ո՞չ ապաքէն յայտ է, թէ որդի տէր և ա̄ծ է։ օրհնեալ ասէ, որ գալոցն է յանուն տ̄ն. տէր ա̄ծ մեր երևեցաւ մեզ օրհնեալ եկեալ յանուն տ̄ն։ Սուրբ և երանելոյն թումայի տեսեալ, թէ որ անուն հօր է, նոյն և որդւոյ, որ զփորձ իսկ յարութե̄ն առ, մեծաձայն աղաղակէ, թէ տէ՛ր իմ և ա̄ծ իմ։

Տեսցուք, թէ և այլ ինչ անուն ունիցի՞ ա̄ծ, և չիցէ՞ այժմ (կամ այդմ) հաղորդակից որդի։ Ծանիցեն ասէ, զի անուն քո տէր է։ Այլ յորժամ ասեմ հաղորդակից, ոչ եթէ ըստ շնորհաց ինչ ասիցեմ, այլ ըստ բնութե̄ն հաղորդութե̄։ Դաւիթ ասէ, ծանիցեն, զի անուն քո տէր է, և դու միայն բարձրեալ ես ՚ի վերայ ամենայն երկրի. և առաքեալ, թէ մեր մի է տէր յ̄ս ք̄ս. և մին, և միայնոյն՝ [1] նոյն զօրութիւն է։ Հերձուածողն զա̄ծ անուն հօր տայ, և զտէրն որդւոյ։ Որովհետև զտէրն որդւոյ ետուր, և մարգարէն ասէ, ծանիցեն զի անուն քո տէր է. և դու միայն բարձրեալ ես ՚ի վերայ ամենայն երկրի, իշ-

1 Խմմ, միոյն, և միայնոյն. կամ մին, և միայնն։

sit, non convenit (vel attingit) metuere. Ubi fides est, ibi virtus; et ubi infidelitas, metus. Salvator dicebat ad discipulos, *Quare vecordes estis, et non habetis fidem?* Vides, ubi infidelitas est, vecordia adest; et ubi fides, virtus. *Stephanus,* ait, *plenus fide et fortitudine, faciebat signa magna in populo.* De Abraam vero dixit Paulus: *Non dubitavit infidelitate, sed confortatus est fide.* Confido et ego dicere, ubi (vel quod) nomen Patris est, itidem (vel idem) et Filii. *Benedictus,* inquit, *qui venturus est in nomine Domini.* Et Salvator dicit: *Ego veni in nomine Patris mei.*

Quaeramus, quid nomen Patris sit? Nomen Patris Deum et Dominum praedicat Scriptura. *Hoc est nomen meum.* Attende firmiter: *Ego sum,* ait, *Dominus Deus, hoc est nomen meum.* Si ergo Dominus et Deus nomen sit Patris, et ego inveniam idem nomen et Filio proprium, nonne constet, quod Filius Dominus Deusque est? *Benedictus,* inquit, *qui venturus est in nomine Domini. Dominus Deus noster apparuit nobis, benedictus veniens in nomine Domini.* Unde et beatus Thomas videns [1], quia quod nomen Patris est, idem et Filii, magna voce is, qui experimentum resurrectionis etiam accepit, clamat, *Dominus meus et Deus meus.*

Videamus, habeatne aliud nomen Deus, et non sit ejus particeps Filius? *Cognoscant,* ait, *quia nomen tuum Dominus est.* Verum quando dixerim particeps, non secundum gratiam dico, sed secundum naturae participationem. David itaque dicit: *Cognoscant, quia nomen tuum Dominus est, et tu solus altissimus super terram.* Et Apostolus, quod *Nostri unus est Dominus Jesus Christus. Unus* autem et *Solus* eandem habent virtutem. Haereticus nomen istud, *Deus,* Patri dat, alterum vero, *Dominus,* Filio. Quandoquidem *Dominum* Filio dedisti, propheta vero dicit, *cognoscant quia nomen tuum Dominus est, et tu solus altissimus super*

(1) Sive (per Hellenismum) sciens.

խոստացես ասել, թէ մի է տէր, և բարձրեալ միայն նա իցէ, և ոչ հայր։ Մինչ դեռ, զիա՞րդ իշխեսցես ասել թէ մի է տէր նա, յորժամ լսիցես 'ի մարգարէէն, թէ անուն քո տէր է, և դու միայն բարձրեալ. եթէ զհօրէ միայն իմանայցես զայն, կարիցեմ ուրանալ՝ թէ նա չէ՞ տէր. և եթէ զորդւոյ, դարձեալ մի թէ կարիցեմ իմանալ՝ թէ հայր չէ տէր։ քանզի և մի լիցի։ այլ եղիցի միաբանել բանիցդ քոց այդրէն ընդ միտսդ, և մի բանիւք տէր կոչեսցես, և մտօք ծառայ համարեսցես։

Ասիցես տէր զհայր։ այո ասէ։ Կոչեսցես տէր և զորդի։ այո ասէ։ Արդ զիա՞րդ անդ միայն տէր և բարձրեալ ասես, և աստ մի տէր։ հարկ է այնուհետև չասանել համար, այլ հաւատալ։ Արդ եթէ ասիցեմ ա̃ծ զհայր, և ա̃ծ զորդի, և ա̃ծ զհոգին ս̃բ, երեքտ̃ծեան կոչես զիս. և եթէ ասիցէ նա տէր զհայր, տէր զորդի, զիա՞րդ կոչեսցուք զնա, մի թէ երկտիրեա՞ն արդեօք։ Մինչ դեռ. երկուս տէրս ժպրհիս ասել, թէպէտև ոչ բանիւք, սակայն մտօք այնպէս համարիս. քանզի այլ տէրութիւն զհօրէ ասես, և այլ տէրութիւն զորդւոյ. մին արձակ իշխանութիւն, և միւսն հնազանդ (ընդ) տէրութեա̃ն հօր։ Թէ այնպէս իցէ, չէ՞ այնուհետև մի տէր, և ոչ մի պատիւ և մի բնութիւն է տէրութեան։ չմարթի՞ մի տէր ասել զերկոսին, թէ այլ ազգ տէր հայր իցէ, և այլ ազգ տէր որդի։ Զարմանամ, թէ զիա՞րդ կարիցէք ծառայել բաժանեալ տէրութեա̃ն. ուր տէր ինքնին իսկ ասէ, թէ ոչ կարէք ծառայել երկուց տերանց։ Բայց որ ինչ յառաջիկայն է՝ երթիցուք։ Տէր և ա̃ծ է հայր, Տէր և ա̃ծ է որդի. որպէս և ցուցաւ իսկ, թէ ծանիցեն զի անուն քո տէր է, և մի է տէր նա քո։ Տեսցուք, թէ և այլ ինչ անուն զտանիցե՞մք ա̃յ 'ի գիրս։

Ասէ երանելին մովսէս, եթէ ասիցեն ցիս որդիքն իսրայէլի, զի՞նչ անուն է այնորիկ՝ որ առաքեաց զքեզ, զի՞նչ ասացից։ Տե՛ս և աստ զօրհնեալն որ

omnem terram, audebisne dicere, quod unus est Dominus, et altissimus solus Jesus sit, non autem Pater? Observa, quomodo praesumas dicere Unicum esse Dominum Jesum, quum audias Prophetam dicentem, *Nomen tuum Dominus est*, et *tu solus altissimus*. Si de Patre solo intelligas id, poterisne negare quin Jesus sit Dominus? Sin autem de Filio, iterum poterisne intelligere quod Pater non est Dominus? Absit. Fiat itaque verbis tuis concordiam inire cum mente tua; non vero verbo Dominum vocabis, et mente servum existimabis.

Dicisne Dominum, Patrem? Utique, ait. Vocasne Dominum et Filium? Utique, ait. Et quomodo ibi Solum Dominum Altissimumque dicis, et hic Unum Dominum. Necesse itaque est non rationem facere, sed credere. Si dicam Deum Patrem, et Deum Filium, Deumque Spiritum Sanctum, Tri-Deistam dictitas me. Si autem ille dixerit Dominum Patrem, Dominumque Filium, quid vocitemus eum, anne Duo-Doministam? Adverte. Duos tu Dominos audes dicere arroganter; etsi verbo non, mente tamen ita arbitraris: aliud enim Dominium de Patre dicis, et aliud Dominium de Filio; unum, absolutum principatum, alterum vero subditum vel obedientem sub Dominio Patris. Quo posito, non amplius erit unus Dominus, neque una dignitas unaque natura Dominii existit. Nequit unum dici Dominum utrumque, si aliter Dominus sit Pater, et aliter Dominus Filius. Miror, quomodo poteritis servire Dominio diviso, ubi Dominus ipse dicit: *Non potestis servire duobus dominis*. Sed quo propositum est, pergamus. Dominus et Deus est Pater, Dominus et Deus est Filius, sicut probatum est ex istis, *Cognoscant quia nomen tuum Dominus est*, et *unus est Dominus Jesus Christus*. Videamus, an etiam aliud nomen inveniemus Dei in Scriptura?

Dicit beatus Moyses: *Si dicant mihi filii Israel, quid est nomen ejus, qui mittit te, quid dicam?* Vide hic quoque, *Benedictum, qui venturus est in nomine Do-*

գալոցն է յանուն տն։ Մ՛իտ դիր, զի՞արդ տայ զճշ-
մարիտ նշանն. Առաջին, եթէ որ էն առաքեաց
զիս։ թէ այնպէս իցէ՝ անուն հօր էն է։ Տեսցուք,
թէ չունիցի որդի և զնորին անուն, ապա 'ի զուր է
մեր ջատագովս լինել։ Որ էն ասէ առաքեաց զիս։
Ո՛յինչ խօսիս առաքեալդ, էն՝ զո՞ իմանայցեմ, զհա՞յր,
թէ զորդի։ Բազում անմտութեան լի ես 'ի հարցա-
նելդ, զհա՞յրդ, թէ զորդին. բաժանես զպատիւն,
չճանաչես զհանգիստապատիւ զուգականութիւն։ Ո՞
կամիցիս կոչել՝ էն։ Ո՛ր գիրքն ասացին, զոր եսն
քարոզեցի։ Մովսէս զհօրէն ասէ զէն, և ես զորդ-
ւոյ ասեմ զէն. տրտմութիւն է ինձ և անպակաս ցաւք
սրտի իմոյ վասն եղբարցն իմոց և ազգատոհմի իմոյ
ըստ մարմնոյ, որ իսրայէլացիքն են. որոց որդեգրու-
թիւն և օրէնսդրութիւն, և պաշտօնն և կտակարանքն
և աւետիքն. որոց հարքն, յորոց և քս ըստ մարմ-
նոյ, որ է 'ի վերայ ամենայնի ած օրհնեալ յաւի-
տեանս։ Տեսանես զանուն հօր և զանուն որդւոյ՝ բա-
նիւք և արդեամբք միմեանց միաբան. Որ էն առա-
քեաց զիս. Որ էն 'ի վերայ ամենայնի ած օրհնեալ
յաւիտեանս։ միթէ բռնաբռօսեա՞լ ինչ իցէ բանն,
և ոչ արդեամբք իսկ վկայեալ։ Ընդէ՞ր զպարտես
զմեր լեզուս, և արհամարհես զմարգարէիցն ըղ-
փառս։

Տեսցուք և այլ ինչ անուն. քանզի ոչ վայրապար
(է) ասացեալ զօրհնեալն՝ որ գալոցն է յանուն տն։
այլ՝ ամենայն անուն՝ որ հօր է, նորին է և որդւոյ։ Ե-
րանելին եսայի ասէ ցժողովուրդն, թէ թողեր զտէր
ած փրկիչ քո, և զտէր օգնական քո ոչ յիշեցեր.
վասն այնորիկ տնկեսցես տունկ անհաւատ, և սերմ
անհաւատ. զի թողեր զած փրկիչ քո։ Անուն այ
փրկիչ է, անուն այ օգնական է. և արդ՝ տեսցուք
թէ չիցէ՞ և որդի փրկիչ։ Լուր հրեշտակացն, որ
օրհնէին, և տային աւետիս հովուացն, աւետիս
տամք ձեզ ասեն զուրախութիւն մեծի, զի ծնաւ ձեզ
այսօր փրկիչ, որ է տէր, օծեալ։ Թողեր ասէ զած
փրկիչ քո, և զտէր օգնական քո ոչ յիշեցեր։ Եւ
ո՞ւր գտանիցես զորդի օգնական կոչեցեալ։ Եկն ա-
ռէ այր մի, և ած առ նա զորդի իւր դիւահար, և

mini. Adverte, quomodo dat vera signa. *Dicito, quod Qui Est misit me*. Si ita sit, nomen Patris *Ens* est. Videamus, si non habeat Filius et idipsum nomen, ergo frustra erit defensio nostra. *Qui Est*, ait, *misit me*. Quid tu dicis, o Apostole, per *Ens*, quem intelligam? Patremne, an Filium? Multa ignorantia plenus es (ait) in interrogando, Patremne, an Filium? Dividis honorem, non nosti aequalitatem in eadem dignitate. Quem ergo velis *Existentem* (vel *Ens*) appellare? Quem Scriptura dixit, quem ego etiam praedicavi. Moyses de Patre dixit *Existentem*, et ego de Filio *Existentem* dixi, (cum scriberem): *Tristitia est mihi, et continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, et cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, et legislatio, et obsequium, et testamenta, et promissa, quorum patres, ex quibus et Christus secundum carnem, Qui Est super omnia Deus benedictus in aeternum*. Viden' nomen Patris et nomen Filii verbo et opere sibi invicem concordantia? *Qui Est misit me*. *Qui Est super omnia Deus benedictus in aeternum*. Num violentiam aliquam patitur verbum, et non ipsis factis testificatur? Cur ergo calumniaris linguam nostram, et contemnis prophetarum gloriam?

Videamus et aliud quoddam nomen; nec enim frustra dictum est, *Benedictus venturus in nomine Domini*, sed omne nomen quod patri convenit, idem et Filio. Beatus Isaias dicit ad populum: *Reliquisti Dominum Deum Salvatorem tuum, et Dominum Adjutorem tuum non memorasti; quare plantabis plantam infidelem, et semen infidele: quoniam reliquisti Deum Salvatorem tuum*. Dei itaque nomen *Salvator* est; nomen Dei, *Adjutor* est. Nunc videamus, an non sit et Filius *Salvator*? Audi Angelos, qui benedicebant, annuntiabantque pastoribus, dicentes. *Evangelizamus vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Dominus Unctus* (sive *Christus*). *Reliquisti*, ait, *Deum Salvatorem tuum, et Domini Adjutoris tui immemor fuisti*. Ubi autem invenias Filium *Adjutorem* dictum? Ve-

ասէ. վարդապետ բարերար՝ մատուցի զորդի իմ առ աշակերտսն քո, եւ ոչ կարացին բժշկել. եւ փրկիչն ասէ, քանի՞ ժամանակք են. ոչ զի ինքն ուսանիցի, այլ զի որ մօտն կային՝ ուսանիցին, թէ զքանի՜ ժամանակաց ախտ 'ի բաց պարզէ, եւ օգտեսցին։ 'Ի մանկութենէ ասէ. բազում անգամ 'ի հուր արկանէ զդա, եւ 'ի ջուր. եւ ասացի աշակերտացն քո, եւ ոչ կարացին բժշկել. այլ թէ հնար ինչ է, օգնեա մեզ։ Ո՜վ դիր հաւատութեան, զմատչելն ընկալաւ, բայց զերկմիտ միտս մատչելոյն խոտեաց։ Զի՞նչ ոք ասիցէ, թէ հնար ինչ է, չյարէ այն յած. այլ միւսն, թէ յամենայնի հնար գոյ այ։ Եւ քանզի մատեաւ առ նա իբրեւ առ մարգարէ, կամ իբրեւ առաքեալ, որ մասնաւոր ինչ զօրութիւն ունիցի, եւ իցէ ինչ՝ զոր կարիցէ առնել, եւ իցէ ինչ՝ զոր ոչ կարիցէ առնել, ապա եւ փրկիչն ծաղր առնէ զանխրատութիւն նորա, մանաւանդ թէ խրատէ իսկ զտխմար միտս նորա, զի ասաց՝ թէ կարող. ես. եւ լռութիւն տանջէ զմտահակութիւն։ Ամենայնի ասէ հնար գոյ այնմ որ հաւատայ։ Ոչ ասէ՝ ինչ յայտ չառնէ, բայց որ մօտն կայր՝ իմացաւ յերեսացն զցաւութիւն. իբրեւ 'ետես՝ եթէ մեղադիր լինի կենարարն, եւ երեսօքն յայտ առնէ զցասումն, զի՞նչ բողոք հարեալ աղաղակեաց՝ որ յանցեաւն. Հաւատամ ասէ, տէր, օգնեա անհաւատութեան իմոյ. փոխանակ ասելոյն, թէ յանցեայ, չէի հմուտ զօրութեանդ. լցո զթերութիւս. օգնեա անհաւատութեանս. քանզի անհաւատութիւն էր՝ ասելն, թէ կարող ես՝ օգնեա։ Այլ հայր դիւահարին զղջացաւ, եւ հերձուածողք մոլորեալք ոչ զղջանան, որք բազում անգամ յաղօթս կոչեն զորդի։

Ո՜հ անմտութեան։ Գրեսջի՞ր թէ հանդիսապատիւ այ չիմանայցես զորդի, եւ ոչ զհօրն՝ որդւոյ, մարգարէիցն հանդիսապատիւ չառնիցես. չիցէ՞ լուեալ զբանն եղիայի մարգարէի, եթէ այր այ իցեմ ասէ, իջցէ հուր, եւ կերիցէ զյիսնապետդ եւ զյիսունսդ։ Մարգարէն ձոխութեամբ հրամայէ, եւ տէր մարգարէիցն աղօթս առնիցէ. եղիա իշխանութեամբ հրամայէ արարածոց՝ որոց չէր տէր, այլ վասն զի

niens, inquit, vir quidam, duxit ad eum filium suum a daemonio agitatum, et dixit: Magister benefice, adhibui filium meum ad discipulos tuos, et non potuerunt sanare. Redemptor autem dicit: quot tempora sunt? non ut ipse disceret, sed ut qui adstabant discerent, quam longi nempe temporis morbum repelleret, et lucrifacerent. A juventute, inquit; saepe in ignem mittit istum, et in aquam: et dixi discipulis tuis, et non potuerunt sanare; sed si fieri potest, adjuva nos. Attende diligenter. Accessum suscepit, sed dubiam in accessu mentem rejecit. Ad Deum dicere, *si fieri potest*, non convenit Deo, sed illud dicendum erat, *omnia fieri possunt apud Deum*. Quoniam autem accessit tamquam ad prophetam vel apostolum, qui partialem haberet facultatem, ita ut quaedam posset facere, et quaedam non posset facere, ideo et Redemptor deridet insipientiam ejus, vel potius instruit ignorantiam ejus. Dixit enim, *si potes*. Silentio autem castigans insolentiam, *Omnia*, inquit, *fieri possunt ei, qui credit*. Quibus verbis nihil certi patefecit, sed vir ille adsistens intellexit ex vultu indignationem. Itaque videns Salvatorem se increpantem, vultuque iram monstrantem, quid putas, voce emissa clamavit, qui deliquit? *Credo*, inquit, *Domine*, *Adjuva infidelitatem meam;* volens dicere: Peccavi, nesciebam virtutem tuam, imple defectum meum, adjuva incredulitatem meam. Incredulitatis enim erat dicere, *si potes, auxiliare*. Verum patrem daemoniaci poenituit: sed haereticos errantes vix poenitet, qui saepe saepius in orationem vocant Filium. (vel invocant, ut oret pro se ipsis.)

O amentiam! Quum juxta sententiam tuam aequalem Deo in honore non intelligas Filium, nec Spiritum Filio, prophetis saltem aequalem in honore nolisne facere? Non audisti dictum Eliae Prophetae, *Si vir Dei sim*, ait, *descendat ignis, et devorabit te quinquaginta virorum Ducem una cum tuis hominibus*: Propheta cum auctoritate jubet, et Dominus prophetarum orabit? Elias authentice jussum dat creaturis,

համարձակութիւն ամբաշտութեան ունէր. և մինչ էր տեսանել մարդ մանեղէն, զի փայլատակմանց հրոյ հրաման տայր, և հուր 'ի վերայ հակառակորդացն իջուցանէր։ Եւ այլ ուր նորին երանելւոյն եղիա ասէ ցաշակերտն, խնդրեա ինչ յինէն՝ մինչև համբարձեալ իցեմ 'ի քէն, և արարից քեզ. և չասաց, թէ բարեխօսեցից, այլ թէ արարից, մինչև վերացեալ իցեմ։ Մարգարէքն ձրիութիւն հրամայեն ըստ հաւատոցն զօրութեան, և զտէր մարգարէիցն 'ի հնազանդութիւն կոչէս, և զքեզ հաղորդ աղօթիցն համարիս։ Եւ ոչ յեսու անուանակից տն պատկառեցուցանէ զքեզ, որ առանց աղօթից կացոյց զարեգակն. մինթէ առանց ցանէր, կացն զարեգակն. այլ ձրիութիւն, թէ կացցէ արեգակն։ Յաւայն ամնչափ կարող եղև, մանաւանդ թէ անուն իսկ տէրունական. ոչ եթէ 'ի նմանէ ինչ ակնածեաց, այլ յարքունական անուանէն. և բուն իսկ ճշմարտութիւնն չզօրծիցէ բարերարութիւն ձրիութեան, այլ բարեխօս լինիցի։ Որպէս որ ինչ առաջի կայ՝ յայն երթիցուք։

Անուն հօր՝ էն է, և անուն որդւոյ՝ էն. անուն հօր՝ օգնական է, և անուն որդւոյ՝ օգնական. անուն հօր ամենակալ է, և անուն որդւոյ՝ ամենակալ։ Եթէ վճիռ ինչ տալով ասեմ, մի ընդունիր. և եթէ յայտ առնելով, մի ստուգանէր։ Տես զինչ կրեսցես, եթէ զոր ես ասեմ ստուգանիցես. զմարգարէսն թշնամանես, յոյս ուրանաս. եթէ զմարգարէսն թշնամանես, և ես յառաջ մատուցեալ յամէ բարշութիւն անկանիցիս. եթէ իմ ինչ զբանս համարեսցիս՝ զոր մարգարէքն խօսեցան, ոչ զիս՝ որ մեկնեմս՝ թշնամանես, այլ զմարգարէիցն բարբառս, և զսյ ազդեցութիւն։ Զգիտեսցես, եթէ իւր համարի տն զմարգարէիցն թշնամանս. յորժամ արհամարհեցաւ սամուէլ 'ի ժողովրդենէն, զինչ ասաց տր. ոչ զքեզ արհամարհեցին ասէ, այլ զիս։ Եւ զի յայտ արասցէ, թէ որ վարդապետի և մարգարէի ոչ լսէ, այլ չլսէ, ասէ ցեզեկիէլ. որդի մարդոյ, երթ առ տունն դառնացողացն, և խօսեցիս ընդ նոսա, և չլսիցեն քեզ, քանզի ոչ կամին լսել ինձ. եթէ քեզ լսեն, ապա և ինձ լսեն. և եթէ ինձ, և քեզ։

quarum non erat dominus, sed quia confidentiam pietatis habebat. Erat autem ibi videre hominem carnalem fulminibus ignis imperantem, et ignem super adversarios deducentem. Atque alibi idem beatus Elias dicit ad discipulum: *Pete aliquid a me, antequam elevatus sim a te, et faciam tibi*. Nec dixit, ut intercedam, sed faciam, antequam ascendam. Prophetae in auctoritate jussum dant secundum vim fidei, tu autem Dominum prophetarum in obedientiam vocas, et participem te orationis ejus putas? Neque Josue ejusdem nominis cum Domino pudore te afficit, qui sine precibus detinuit solem? Num dixit ad Dominum, cohibe solem? sed authentice (jussum dedit), stet sol. Servus adeo potuit, imo nomen ipsum Dominicum; non enim illum veritus est (sol), sed regium nomen: atqui vel ipsa veritas non benefaciat auctoritate, sed intercessor erit? caeterum ad propositum pergamus.

Nomen Patris Ens est, et nomen Filii Ens. Nomen Patris Adjutor est, et nomen Filii Adjutor. Nomen Patris Omnipotens est, et nomen Filii Omnipotens. Si sententiam ferendo haec dico, noli admittere; sin autem probando, noli negligere. Vide, quid patiaris, si quae ego dico, neglexeris: prophetas offendis, Deum negas. Si prophetas offendes, adhuc progrediens in impietatem decides. Si mea haec verba reputabis, quae prophetae locuti sunt, non me commentatorem offendes, sed prophetarum voces, et Dei inspirationem. An nescis, quod sibi adscribit Deus contumeliam Prophetis illatam? Quum contemptus fuit Samuel a populo, quid dixit Deus? *Non te despexerunt*, inquit, *sed me*. Ut autem manifestum faceret, quod qui Doctorem et Prophetam non audit, Deum non audit, dicit ad Ezechiel: *Fili hominis, vade ad domum exacerbatorum, et loquere ad illos, et non audiant te, quoniam nolunt me audire*. Si te audiunt, me quoque audiunt; sin autem me, te quoque.

Նոյն զի ամենակալ կոչի որդի, ցուցաւ իսկ. բայց և միւս ևս մարգարէ վկայէ, Որ շինէ յերկինս զելս իւր, և զաւետիս իւր յերկրի հաստատէ, տէր ամենակալ անուն է նորա։ Նոյն ո՞վ իցէ որ շինեաց յերկինս զելսն, և հաստատեաց յերկրի զաւետիսն, եթէ ոչ՝ որ ասաց ցաշակերտսն 'ի վերանալն, եթէ ընդ ձեզ եմ մինչև 'ի վախճան աշխարհի։ Նոյն առհաւատիկ եկից առ տէր ամենակալ, և բնակեցայց 'ի միջի ձերում։ Զի՞նչ իցէ բնակեցայցն։ Աւետարանիչն մեկնէ, Թէ բանն մարմին եղև, և բնակեաց 'ի մեզ։ և ապաւինեսցին ազգք բազումք 'ի տէր, և ծանիցեն՝ զի տէր ամենակալ առաքեաց զիս։ Ո՞ւր ատեն գրեալ է, թէ որդի ամենակալ է։ Ո՞ւր գրեալ իցէ, եթէ հայր ամենակալ է։ Բանս պահանջես, բանս պահանջեմ. զօրութիւն ժողովես, զօրութիւն դամարեմ. խօսեսց 'ի մարգարէից, ընկալ 'ի մարգարէից. քննեցէք զգիրս ասէ փրկիչն. չէ՞ք ինչ որ զյայտնի ինչ քննէ, այլ զծածուկն. քննեցէք ասէ զգիրս։

Տես, զիարդ կերպարանօք միոյ իշխանութեան երրորդութիւն քարոզի։ Լուր իղյ, որ ասէ, այսպէս ասէ տէր 'ի վերայ մարգարէիցն՝ որ մոլորեցուցանեն զժողովուրդն։ Ո՞րս դիր հաստատութիւն. որ խածանեն ատամամբք իւրեանց զքարոզսն, բերանօք իւրեանց խօսին զխաղաղութիւն, և ոչ տուաւ խաղաղութիւն 'ի բերանս նոցա. զի ոչ ոք իցէ որ ասիցէ (լուիցէ) 'ի սուտ մարգարէիցն. բայց ես ասէ լցայց. լցայց զօրութիւն հոգւով տն։ Զայն կամ ընկալ և հաւատա, կամ քնջեա 'ի մտաց. քանզի զգիրս կենդանիս ոչ կարես քնջել։ Զի ոչ ոք իցէ ասէ, որ լուիցէ սուտ մարգարէից. բայց ես լցայց զօրութիւն հոգւով տն. չկարէ ասել, թէ իմով հոգւովս, այլ թէ ես լցայց զօրութիւն հոգւով տն։ Ո՞ բարբառի զայս, մեկնեա ինձ զբանս, զի իմացայց զմիտս զօրութեան։ Նոյն 'ի միւսում վայրի ասէ տծ, թէ ոչ ես յաւելից ողորմել տանն իսրայէլի, այլ յանդիմանս կացից նոցա հակառակութիւն. բայց որդւոցն յուդայ ողորմեցայց, և փրկեցից զնոսա տերամբ տվ իւ-

Omnipotentem autem vocari Filium, jam demonstratum. Porro et alter propheta testatur; dicens: *Qui struit in caelo ascensum suum, et promissionem suam in terra confirmat, Dominus omnipotens nomen est ejus*. Quis ergo sit, qui struxit in caelo ascensum, et firmavit in terra promissionem, nisi qui dixit ad discipulos, dum ascenderet, *Vobiscum sum usque ad consummationem mundi*? Ibi dicit, *Ecce veniens, ait Dominus omnipotens, habitabo inter vos*. Quid autem sit illud, *habitabo*, Evangelista exponit, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*. Et *confugient gentes plures ad Dominum, et noscatis, quia Dominus omnipotens misit me*. Ubi, ajunt, scriptum est, quod Filius omnipotens sit? Ubi scriptum est, quod Pater omnipotens sit? Verba poscis, verba reposco: exercitum (vel virtutem) colligis, exercitum congrego. Si loqueris ex prophetis, accipe ex prophetis. *Scrutamini Scripturas*, ait Redemptor. Nemo est qui aperta scrutetur, sed occulta. *Scrutamini*, inquit, *scripturas*.

Vide quomodo in forma unius principatus Trinitas celebratur. Audi Deum dicentem: *Haec dicit Dominus in prophetas, qui seducunt populum*. Adverte constanter. *Qui mordent dentibus suis praecones, ore suo loquuntur pacem, et non est data pax in ore eorum*. nemo enim erit, qui (verum) audiat, ex falsis prophetis. *Ego tamen*, ait, *implear*; implear (nimirum) *virtute Spiritûs Domini*. Haec aut suscipe et crede, aut dele de mente; quoniam libros extantes (vel viventes) non potes delere. Siquidem *nemo erit*, inquit, *qui audiat pseudoprophetas, ego tamen implear virtute Spiritus Domini*. Non potest dicere, meo spiritu, sed quod *ego implear virtute Spiritus Domini*. Quis haec profert? Expone mihi verba, ut intelligam intentionem virtutis. Et alibi dicit Deus: *Non amplius adjiciam misereri domûs Israel, sed resistam eis contradictione: filiorum tamen Judae miserebor, et salvabo eos per Dominum Deum eorum*. Ergone per te non salvabis, sed per alium Deum? Non advertunt haeretici,

րեանց։ Նոյն քեւ ո՛չ փրկեսցես, այլ այլո՛վ ո̃վ։ Զաւ-
նուն 'ի մէտ հերձուածողքն, թէ մարգարէիցն բանքն
զեղծեալ են. զի թէ մերկ [1] քարոզէր, այն չէր մար-
գարէութ̃ի, այլ քարոզութ̃ի. չէր մարգարէութ̃ի,
այլ՝ աւետարան. որ ինչ յայտնի է, աւետարան է.
եւ որ ինչ խաւարուրեալ, մարգարէութ̃ի։ Նոյն դու ա-
սէ Դանիէլ՝ կնքեա՛ զբանս տեսլեանս այսորիկ. փո-
խանակ ասելոյ, թէ անյայտութ̃ե ծածկեա՛. ոչ եթէ
զգիրս ծածկեա՛, որ մինչեւ ցայսօր ընթեռնուն, այլ
զմիտս բանիցն։ Կնքեցան բանք մարգարէիցն, եւ
մեկնին աւետարանաւ։

Պարձեալ ասէ ա̃ծ ցժողովուրդն, թէ զի՞նչ արա-
րից ընդ ձեզ, զխրատ ոչ ընկալարուք. կոտորեցի
զմարգարէս ձեր սրով բերանոյ իմոյ, սակայն եւ այն-
պէս ոչ լուարուք ինձ. կործանեցի զձեզ՝ որպէս կոր-
ծանեաց ա̃ծ զսոդոմ եւ զգոմոր։ Նոյն ընդէ՞ր չասի-
ցես, թէ որպէս կործանեցի զսոդոմ եւ զգոմոր, այլ
թէ որպէս կործանեաց ա̃ծ։ դու արդեօք այլո՞ւմ
նմանեցէր. կործանեցի զձեզ ասէ, որպէս կործա-
նեաց ա̃ծ զսոդոմ եւ զգոմոր. սակայն եւ այնպէս ոչ
հաւատացէք ինձ։ Տեսանե՞ս ծածկեալ զզօրութ̃ին,
մանաւանդ թէ յայտ յանդիմանս իսկ լուսաւորեաց.
տեսանե՞ս զզօրութ̃ի ա̃ծպաշտութ̃են համարձակեալ։

Նոյն արդ ընդէ՞ր մեղադիր ասացին լինիցիս, որ ա-
մենակալ զհայր եւ զորդի եւ զհոգին ասիցէ. զոր
օրինակ յորժամ ասիցեմ, ա̃ծ եւ ա̃ծ եւ ա̃ծ, ոչ զե-
րիս ա̃ծս ասեմ, այլ մի, նոյնպէս յորժամ ասիցեմ,
ամենակալ եւ ամենակալ եւ ամենակալ, ոչ երիս ա-
մենակալս ասեմ, այլ մի։ Պատկառեցուսցէ՛ զքեզ
բարբառ փրկչին, որ ասէր ցհրէայսն, յօրէնս
ձեր գրեալ է, թէ յերկուց մարդոց վկայութիւն
հաւատարիմ է. յորժամ մարդ է, մա՛րդ [2] ասէ, հա-
ւատայք. եւ յորժամ ա̃ծ, եւ ա̃ծ ասէ, չհաւատա՞յք։
Բայց սակայն թէեւ ասէ, ես եւ հայր, ոչ երկուս
ա̃ծս ուրոյն 'ի միմեանց ասէ, այլ մի ա̃ծութ̃ի իւր եւ
հօր. եւ յայտ միտոմն ասանէ, թէ ես եւ հայր իմ մի

1 Կամ Ձ̃են, Ձ̃եյին. ուր գրեալ էր յեղցեալ, խաւերալ, եւ կէ̃
էր, Ձ̃կ։ Իսկ վե̃րչին, կամ է էր զեղչեալ, համառօտ։ զնոյն

quod prophetarum verba obscuritatibus suffusa sunt. Si nempe explicite praedicaretur, id non esset prophetia, sed praedicatio; non foret prophetia, sed Evangelium. Quicquid enim patet, Evangelium est; et quicquid obscuritate implexum, prophetia. *Tu autem Daniel*, ait, *obsigna verba hujus visionis*; id est, obscuritate obtege; non vero, librum occulta, qui usque hodiernam diem legitur, sed sensum verborum. Obsignata sunt verba prophetarum, et explicantur per Evangelium.

Praeterea dicit Deus ad populum: *Quid faciam vobis? monitum non accepistis. Cecidi prophetas vestros gladio oris mei, sed tamen neque sic audistis me; destruxi vos, sicut destruxit Deus Sodom et Gomor.* Quare autem non dicis, sicut destruxi Sodom et Gomor, sed *sicut destruxit Deus?* Tune alium imitatus es? *destruxi vos*, ait, *sicut destruxit Deus Sodom et Gomor, nec tamen ita credidistis mihi*. Vides occultam virtutem? imo evidenter elucidavit. Viden' virtutem pietatis confidentem?

Quare igitur incusas dicentem, qui omnipotentem Patrem et Filium Spiritumque Sanctum asserit? Quemadmodum cum dixerim *Deus*, et *Deus*, et *Deus*, non tres deos dico, sed unum; similiter quum dicam *Omnipotens*, et *Omnipotens*, et *Omnipotens*, non tres dico omnipotentes, sed unum. Erubescere te faciat vox Redemptoris dicentis ad Judaeos: *In lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium fide dignum est*. Dum homo, et homo dicit, creditis; dum vero Deus, et Deus dicit, non creditis? Et re quidem vera quum dixit, *Ego et Pater*, non duos Deos separatos ab invicem dicit, sed unam Divinitatem suam et Patris. Id autem manifestum facit per *Unum*,

մթութիւն ունին զինին եւ ասելն, խաւարաւէտ ։
2 Թուի գրեալ, մարդ եւ մարդ ։

եմք։ Եւ քանզի մի վասն անբաւականութեան ասէ․ և զնմքն, զի մի որք անսանձնաւոր [1] զերեսն համարեսցի։

Խնայեսցուք և զընդունայնս 'ի հոգիս մեր․ Թողուք 'ի բաց զԹոյնսդ․ Ընկեսցուք զժանտն․ 'ի բաց քերեսցուք զպղծութիւնս․ Հնազանդ լեր նմա, որպէս և դևք հնազանդ եղեն։ Պատկառեսցուք զքեզ փոփոխմունք իրացս․ մի՛ յեկեղեցւոջն հաւատացեալ, և արտաքս ելեալ՝ հերետիկոս լինիցիս․ մի՛ աստ ակնածող 'ի բանէն, և արտաքս ելեալ՝ յանառնութիւն զառածանիցիս։ Որք թէթև 'ի փոփոխմունս՝ չկան յակատանի, չառնի հաստատուն․ որք երկեղածին անցանէ ընդ փոփոխմունս, բայց ինքն ոչ փոփոխի․ Ածապաշտն՝ և 'ի պատերազմի ածապաշտ է, և 'ի սովի՝ նահատակեալ, և 'ի լիութեան՝ չյուլացեալ․ Ածապաշտն՝ անմնայնի ժուժկալ, և համբերող, չփոփոխի ըստ բնութեան փոփոխմանցն։ Որք արդարոյ ոչ 'ի խռովութեանց պատերազմաց շարժի, և ոչ 'ի յղփութենէ դիւրութեանց ծուլանայ․ յորժամ ուղիղ փառաւորութի քարոզեսցի, փոյթ լուծ դատանի․ և առ կամակորսն՝ փոյթ կամակոր․ ոչ բաժանի 'ի միաբանութենէ, չունի միտս երկմիտս։

Մի է տէր ած, եկայք երթիցուք զհետ նորա․ ապա եթէ զմոլորութեան զհետ երթայցես, մոլորութեան հասանես։ Ոչ որ օրինակ գինի ազնիւ չփոխանի 'ի փոփոխմանց, թէպէտև յամանոյ յաման փոխեսցես՝ նոյն համ է և նոյն սեռնութիւն․ իսկ յոռին վաղվաղակի յանդիմանի 'ի փոփոխմանցն։ Նոյնպէս և որք երկեղածին չպարտի 'ի փոփոխմանցն, այլ յաղթէ փոփոխմանն․ իսկ ծանծաղագոյն վաղվաղակ յանդիմանի։ Նա չէ իմ բանս, այլ երանելւոյն երեմիայ մարգարէի, որ ընդ ազգին մովաբացւոց գոռայր․ քանզի առ ժամանակ մի 'ի դիւրութեան էին, և կարծէին թէ ցանկ 'ի դիւրութեան վայելեսցեն, և առնհար լինէին գերութեան երուսաղէմի, նախատէ զնոսա մարգարէն, թէ մի պարծիք 'ի դիւրութեան, և մի 'ի յաջողութի իրացդ հպարտանայք․ քանզի չև ես փո-

1 Գրեալ էր, անձնաւոր։

Ego et Pater unum sumus. *Unum* nempe propter indissolubilitatem dicit; *Sumus*, autem, nequis persona carentem faciem arbitraretur.

Parcamus indulgeamusque animis nostris. Exspue venenum, expunge rubiginem, expurga ahenum; obedito Deo, cui et daemonii obediere. Vereri te faciant mutationes rerum. Ne in Ecclesia fidelis, et egressus foras, haereticus sis; ne hic morem gerens rationi verbi, foris in brutum verteris. Anima levis ostenditur, cum sese mutat, nec constat in se. Firmus stat animus timorati, transit per mutationes, ipse tamen non mutatur. Pius, etiam in certamine pius est. Tam in fame concertans, quam in abundantia non pigrescens. Pius in omnibus continens patiensque, secundum naturam mutationum nunquam mutatur. Animus justi nec a confusionibus bellorum movetur, neque ex copia commoditatis hebescit. Quando orthodoxia praedicatur, studiosus auditor comperitur, et in obliquum inclinare abhorret. Non dividitur ab unione, non mentem ancipitem habet.

Unus est Dominus Deus; venite sequamur eum. Sin autem errorem sequeris, errorem consequeris. Sicut vinum bonum non laeditur a mutationibus; quamvis enim de vase in vas mutabis, idem est sapor, et idem nitor, ubi pravum statim (pravitatis) convincitur a mutationibus: similiter et animus timorati non debellatur a mutationibus, sed superat mutationem; ignavus autem cito citius arguitur. Neque meum est verbum, sed beati Jeremiae prophetae, qui gentem Moabitarum redarguit. Quoniam cum commodis, bonisque ad tempus affluerent, putabant se semper commodis frui (posse), et objurgabant captivitatem Hierosolymorum, conviciis eos prosequitur propheta, Nolite, inquiens, gloriari de commoditate, nec etiam efferamini propter prosperitatem;

փոխեցայք. փոխեսցի և ձեր փոփոխումն։ Չև ևս գործ 'ի ձեռն արար, զի ընտրեսցին կամքն։ Այլ զի՞նչ ասէ, Հանդերձ մովաւք 'ի մանկութենէ իւրմէ, և փոփոխումն չընկալաւ դժպհութ̃ իրաց. Հանդերձ մովաւք 'ի մանկութենէ իւրմէ, և պանձացաւ 'ի փառս իւր, չթափեաց երբէք ամանն յամանոյ. փոխանակ ասելոյ, չչոգաւ երբէք 'ի գերութիւն, վասն այնորիկ ճաշակ նորա 'ի նմա, և հոտ նորա 'ի նմին։ Պա՛րտ է եղբարք և զօրինակն 'ի մէջ բերել ա̃ծեղէն վարդապետութեան կնքեալ գրոց որոց. զի՞նչ նման է ասել զա̃ծութիւն գինոյ. այլ զի մարգարէին վարդապետութիւն՝ անվրէպ փրկութիւն է. Հանդերձ ասէ մովաւք 'ի մանկութենէ իւրմէ, և պանձացաւ 'ի փառս իւր, չթափեաց ամանն յամանոյ, չչոգաւ երբէք 'ի գերութիւն. վասն այնորիկ հաւմ նորա 'ի նմա, և հոտ նորա 'ի նմին։ Եկեղեցի փորձեցաւ չարութ̃, թափեցաւ յամանոյ ամանն. 'ի խաղաղութենէ 'ի պատերազմ, և 'ի պատերազմէ 'ի խաղաղութիւն. և կաց մնաց 'ի նմա հոտ անուշից. հոտ անոյշ եմք ասէ 'ի քս̃։

Օ այս ամենայն ճաշեցի, և գիտեմ զի երկայնեցի զբանս. այլ պարտ էր ինձ՝ որ զրպարտեցայս, զիրաւունս անձին ցուցանել. քանզի այսպիսի դրպարտութ̃ յամենայն եկեղեցիս տարածեցաւ. թէ մի ոք յաւի խօսեցաւ, այլ ամենեքեան իսկ ընդ դրօվաւք[1] են։ Ընդ իմ, և ընդ ամենայն եկեղեցւոյ աբարի պատասխանի, թէ եկեղեցի՝ մի տէր ունի, և մի ա̃ծ, մի արարիչ, և մի ամենակալ, և մի թագաւոր։ Նոյն յորժամ զմեն լսեա, զանքակ երրորդութիւն ա̃ծ զմտաւ, զանմախճան և զանեղծ թագաւորութիւն, զփառս և զճշմարտութի. և ոչ երբէք բաժանի, այլ կայ և մնայ մշտնջենաւոր և կենարար. յորում լիցի ամենեցուն մեզ վայելել ճշմարտութ̃, և փառս տալ հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ, այժմ և միշտ և յաւիտեանս յաւիտենից. ամէն։

1 Կամ զօրավութեամբ։

quoniam nondum mutationem subiistis; mutabitur et vestra mutatio ; nondum operam dedit, ut electio fieret voluntatis. Quid ergo dicit? *Quievit Moab a juventute sua*, sive mutationem non vidit incommoditate rerum. *Quievit Moab ex juventute sua, et gloriatus est in gloria sua; non est umquam fusus de vase in vas;* ac si diceret, non abiit unquam in captivitatem: *propterea gustus suus in eo, et odor suus in ipso*. Oportet, Fratres, animadvertere, quonam modo Divinam doctrinam sacrae litterae sigillo munitae exponant [1]. Quae enim convenientia est similem vino dicere Divinitatem? Sed quia doctrina prophetae indubia salus est, *Quievit*, inquit, *Moab ex juventute sua, et jactavit de gloria sua: non est fusus de vase in vas*, non abiit umquam in captivitatem; *propterea sapor suus in se, et odor suus in ipso*. Ecclesia tentata fuit a malitia; fusa fuit de vase in vas, de pace (nimirum) in bellum, et de bello in pacem; atque permansit in ea odor suavitatis. *Odor suavis sumus*, inquit, *in Christo*.

Haec omnia sermocinatus sum, et scio me sermonem prolongasse. Sed oportebat me criminatum jus meum defendere: hujusmodi namque calumnia in omnes Ecclesias propagata est. Si unus quisquam minus bene locutus est, tamen omnes objurgationem subeunt. Pro me itaque, et pro universa Ecclesia apologiam statui, quod Ecclesia unum habet Dominum, et unum Deum, unum Creatorem, et unum Regem. Unum tamen cum audis, indissolutam Trinitatem considera, infinitum incorruptumque regnum, gloriam, et veritatem: quae nunquam dividitur, sed permanet sempiterna et vivifica: in qua sit omnibus nobis frui per veritatem, et gloriam referre Patri et Filio et Spiritui Sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum, amen.

(1) Ad verb. exemplum adducere divinae doctrinae obsignatorum librorum sacrorum.

չարիք 'ի մտի կան, սրտատուչ, լերդակեղ 'ի խոր-
խոցեալ նոտի. և քանզի մեք հօր ոքյ և յստակի 'ն
նախանձու է դիպեցաք, առանց նենգութե՛ ուսաք,
և առանց նախանձու տացուք: Այլ արասցուք սկիզբն
կարգին, զոր երէկն վարեաք, և թողաք վասն յա-
ճախութե՛ ազգի ազգի մտացն, որ աստի անտի յոր-
դին. և յօժարութի 'ի մտի ա՛յն կայր, եթէ փոքր
մի զսկիզբն աւետարանին մեկնեսցուք. և չգիտեմք
զիա՛րդ մերժեաց զմեզ անտի կաւիւն՝ որ ընդ հերե-
տիկոսսն անկաւ 'ի մէջ. ո՛չ յայլոց յայլ ճառս բա-
նին ելանելով, այլ նմին, և նոյն մտաց ուշ առնե-
լով. և քս փառաւորի, և պատերազմն ընդ քսա-
մարտսն յարդարի: Խոստեցի ամենայն ախտն. ա-
մաչեսցեն՝ որ այսօր զգայթակղանս և զցնորական
սօնն առնիցեն. անուն լծկ, յարդեանց ճշմարտու-
թե՛ թափուր:

Ընդ հրեայսն զատիկ առնեն, որոց զքս զգեցեալ
է. ընդ քսամարտսն հաղորդի՞ն քսազգեացս: Քսա-
զգեացս կոչեմ զնոսա վասն անուանն՝ զոր խոստանան.
այլ զի՞նչ հաղորդութի լուսոյ ընդ խաւարի կայցէ.
կամ զի՞նչ միաբանութի հրէից ընդ քսի. կամ զի՞նչ
հաւատարմութի սեղանոյ քսի, և խոհերական սեղա-
նոյ հրէից. և որդիք ածպաշտութե՛ ընդ շունս զա-
տիկ առնեն. որոց պարտ էր ընդ հրեշտակս երգել
զօրհնութիս, ընդ շունս ոռնան. ածապաշտն ընդ
հրեշտակս օրհնէ, խոստովան եղեց քեզ տէր բոլո-
րով սրտիւ իմով, առաջի հրեշտակաց քոց սաղմոս
ասացից քեզ. ածապաշտն ընդ հրեշտակս փառաւո-
րէ. և որ զկարգս եկեղեցւոյ եղծանէ, ընդ շունս
առնէ զտօնն: Այլ զի չէ՛ թշնամանաց բանս, այլ
ճշմարտութե՛ և յանդիմանելոյ, լո՛ւր պօղոսի՝ մեծի
քարոզին, որ ասէ, զգո՛յշ լերուք 'ի շանց, զգո՛յշ լե-
րուք 'ի չար մշակացն:

Որոց զերկնաւոր լապտերս առեալ՝ ընդ հրեայս
ճրագալոյց առնեն. որք զգառնն ո՛չ ընկալան, և
առնեն զատիկ, ընդ հրեայս ոչխա՛րս զենուն: Ո՜հ
անմտութենէ: Ստուերն զճշմարտութի՞ն կամի եղծա-
նել. և որք զճշմարտութի՞ն ընկալան՝ զհետ ստուե-
րաց ընթանան: Ընդէ՞ր լուցանիցեն ճրագ ընդ

autem animum mala obtinent, anxius, tamquam jecore vulnerato, maestitia plenus sedet. Nos tamen quia patrem attigimus purum purgatumque ab invidia, sine dolo didicimus, et sine invidia dabimus. Atque initium faciamus ex ordine, quem heri aggressi sumus, sed propter varias sententias hinc inde profluentes suspendimus. Nobis in animo erat, ut aliquibus verbis principium Evangelii explicassemus: et nescio quomodo lis cum haereticis interjecta, devios nos fecit, non aliunde ad alium sermonem transcendentes, sed eidem ipsi intentioni attendentes. Atque sic Christus glorificatur, et pugna adversus Christi hostes paratur. Rejiciatur omnis morbus; pudore afficiantur, qui hodie scandalo plenum ac phantasiâ festum faciunt, nomen merum, veritatis opere vacuum.

Cum Judaeisne pascham celebrant, qui Christo induti fuere? Num cum Christi oppugnatoribus communicant Christum vestientes? Christophoros eos voco propter nomen, quod profitentur: sed quae communio lucis cum tenebris sit, aut quae concordia Judaeorum cum Christo, aut quae paritas mensae Christi cum foeda mensa Judaeorum? atqui filii pietatis una cum canibus pascham celebrent? illi, quibus oporteret cum Angelis hymnos cantare, cum canibus blaterant. Pius Dei cultor cum Angelis benedicit. *Confitebor tibi Domine toto corde meo, coram Angelis tuis psalmum dicam tibi*. Pius cum Angelis glorificat; qui vero ordines Ecclesiae corrumpit, cum canibus festum celebrat. Quod autem non contumeliae est hoc dictum, sed veritatis convincentis, audi Paulum, magnum praeconem dicentem: *Cavete canes, cavete malos operarios*.

Qui caelestes lampades acceperint, cum Judaeis diem Luminum agant? qui Agnum Dei susceperunt, et Pascham agunt, cum Judaeis oves immolant? O insipientiam! Umbra veritatem vult destruere; et qui veritatem admisere, umbras sequuntur. Cur accendis lumen cum Judaeis, nisi ut nomen tuum ab E-

Հրեայս. ոչ ապաքէն զի չիջանիցի անուն քո յաւե-
տարանէն: Որ ապստամբքին ապաշխարհական լինիցի,
և ապստամբքին թեկն ածիցէ, ընդ նմին զնոյն պա-
տիժ կրեսցէ: Լուր Դաւթի. եթէ տեսանէիր ըզ-
գողս, ընթանայիր ընդ նմա, և ընդ շունս դնէիր
զբաժին քո: Նորանի թէ ընդ շունս, և մի ընդ քնա-
մարտոն. շնութի և պոռնկութի թեպէտև աղտե-
ղի և գարշելի անուանք և գործք են, և յաւիտենից
տանջանացն վրիժապարտք, այլ 'ի մարդկանէ առ
մարդիկ են մեղքն, և 'ի ծառայից առ ծառայակիցս.
բայց ընդ ա̄յ մեղանչել՝ անցանէ քան զամենայն մեղս.
որպէս և այն յանցանք սաստիկ են, զոր ա̄ծ ոք յան-
ցանիցէ՝ քան թէ ծառայակցին. Նոյնպէս յորժամ
ընդ ա̄յ ոք մարտնչիցի, այն մեղք դաժանն են քան
զամենայն մեղս: Ընդէ՞ր լինիս զոլող որդւոյդ ա̄ծպաշ-
տութեան ընդ որդւոյ կորստեան. Եթէ տեսանէիր զող
ընդ պատուհասիւ թագաւորի, և 'ի դիպահօջ յար-
քունի երեսաց, միթէ կամէի՞ր ընդ նմա բարեկամու-
թի խառնել. ոչ ապաքէն թէև ունէիր իսկ բարե-
կամութի, և զայն ևս 'ի բաց քակէիր, զի 'ի պատ-
ժոցն ապրեսցիս:

Տեսցուք, թէ յորժամ վայրի Հրեայք կայցեն, և
յորժամ պայմանի քրիստոնեայք: Լուր ա̄յ աւե-
տարանին. որ հաւատայ ասէ յորդի, ընդունի ըզ-
կեանսն յաւիտենականս. և որ անհնազանդ լինի
որդւոյ, չտեսանէ զկեանս: Կենդանիք ընդ չկենդա-
նիս տօ՞ն առնեն: Օ՜ ինչ ինչ բարի խորհեցան
Հրեայք, զո՞ր ա̄ծպաշտութի կարգ անեղծ պահե-
ցին, զի 'ի նոցանէն կարեւոր հաստատութիւն յեկե-
ղեցւոյ գեղեցիկ կարգս յաւելուցուս. չլսե՞ս մարգա-
րէին՝ որ ասէ, թէ դուք տունդ իսրայէլի զամենայն
մանկութիս ձեր կամակորեցէք, և տեսցէք զճշմար-
տութիւն. քանզի ուրացան զա̄ծպաշտութի; և վա-
ճառեցին, քանզի չառին 'ի միտ: Այ՝ և զգինին
իսկ չպահեցին անարատ. ոչ առաջինն իսկ ամբաստա-
նութի այն է զնոցանէ յեսայեայ մարգարէէ. վա-
ճառականք քո ասէ խառնեն ջուր ընդ գինի: Նորա-
նի եթէ և այժմ հերձուածողքն ջուր ընդ գինի
խառնէին, և ոչ զա̄ծ ընդ արարած: Տես զըրով

vangelio extinguatur? Qui rebellem hospitio receperit, et rebellis partem tenuerit, una cum illo supplicium patiatur. Audi David dicentem: *Si videbas fures, concurrebas eis, et cum canibus* (adulteris) *ponebas portionem tuam*. Utinam cum adulteris, non vero cum adversariis Christi. Adulterium atque fornicatio quamquam obscoena abominandaque nomina et opera sunt, et aeternae poenae obnoxia, verum ab hominibus ad homines sunt peccata, atque a servis ad conservos, contra tamen Deum peccare superat omne peccatum. Sicut graviora valde sunt delicta adversus dominum commissa quam contra conservum, ita cum quis pugnat cum Deo, tale peccatum committit, quod acerbius omni peccato est. Quare aemularis tu filius pietatis filios perditionis? Si aliquem sub castigatione regis, inque custodia, regia facie longe alienata, inclusum videres, vellesne amicitiam cum illo inire? nonne etiam si habuisses amicitiam, illam quoque dissolveres, ut te poenis eximeres?

Videamus, quo in statu stent Judaei, et in qua conditione Christiani? Audi sanctum Evangelium: *Qui credit*, ait, *in Filium, recipit vitam aeternam; qui vero inobediens erit Filio, non videbit vitam*. Viventes una cum non viventibus festum agant? Quid boni cogitarunt Judaei? quemnam pietatis ordinem inviolatum servarunt, ut ab illis necessariam confirmationem in Ecclesiae pulchros ordines adjicias? Nonne audis prophetam dicentem, *Vos domus Israel totam juventutem vestram detorsistis, et mentiti estis veritati?* Quoniam abnegarunt pietatem vendideruntque, quia non intellexerunt. Imo neque vinum servarunt illibatum: nonne vel prima accusatio de illis ea est, quam infert Isaias propheta? *Mercatores tui*, ait, *miscent aquam cum vino*. Utinam nunc quoque haeretici aquam cum vino commiscerent, non vero Deum cum creaturis. Vide cum literis ipsis (factam) accusationem Prophetarum de Judaeis, quam et Aposto-

իսկ ամբաստանութիւն մարգարէիցն զՀրէիցն, զոր և առաքեալքն յայտ յանդիմանն քարոզեն ։ Լուր մեծի քարոզչին պօղոսի, որ գրէ առ Թեսաղոնիկեցիսն. ոչ կամիմ ասել, եթէ անտեղեակ իցէք եղբարք, զի և դուք զնոյն չարչարանս կրեցէք 'ի ձերոց ազգականաց, որպէս և՛ եկեղեցին այ̃ 'ի Հրէից անտի. 'ի Հրէիցն՝ որք զտէր յս̃ սպանին, և զիւրեանց մարգարէսն, և զմեզ հալածեցին, որ և այ̃ յաչաց ելին, և մարդկան հակառակ կացին ։ Որք ընդ անչափ պատուհասիւք են, նոցա հաղորդակից լինիս ։ Նա այնպիսիսն ասէ եսայի, թէ այն է բաժին քո, և նոյն վիճակ ժառանգութեան քո ։

Կամէի ուսանել 'ի նոցանէն, թէ ընդէ՞ր իսկ բնաւ զտօնն առնիցեն, վասն որո՞յ յուսոյ. որք զապաշխարութիւն 'ի միջոյ բառնան, զմէ՞ պաշտիցեն զզուր և զընդունայն և զանհանճարից պաշտօնն. անյոյս յապաշխարութէ̃ առնեն, որ քան զամենեսին կարօտ են ապաշխարութեան. կեղով վառեալք՝ և զբժիշկն ուրանան ։ Նման կաթարոսաց առեալ շրջեցուցանեն, որ է սբց̃. և ոչ մարմնով և ոչ մտօք ունին սրբութիւն ։ Չիք ինչ որ այնպէս զայրացուցանէ զա̃ծ, և 'ի ցասումն ածէ, և պատժապարտ մեծաց տանջանաց առնէ; որպէս յորժամ անձին ոք սբ̃ անուն յորջորջիցէ. թէպէտև յամենայն մեղաց սբ̃ իցէ, պարտի զանձն 'ի մեղաւորաց կողմանէ համարել ։ Լուր սբ̃յն յովհաննու, որդեակք եթէ մեղանչեմք, չեմք յայ̃. և դարձեալ, թէ որ զչարիս գործէ՝ չէ յայ̃ ։ Յորժամ ետ խրատ չմեղանչել, ապա զճշմարիտն 'ի մէջ բերէ. որ ասացն, թէ որ մեղանչէ՝ չէ յայ̃, խոնարհագոյն ևս իջեալ՝ ասէ նոյն. եթէ ասեմք, եթէ ոչ մեղաք, ստեմք ։ Տե՛ս զգուշութե̃ խրատ ետ, և՛ զբնութիւն ոչ ուրացաւ. հայեցաւ 'ի վարդապետութի̃ ճշմարտութեան, ետես և զմտացն դիւրամէտ ոտնաւութիւն ։ Իսկ այժմ թշնամիք՝ ա̃ծպատուութե̃ տօնս առնեն, և հաւատոյս գործոց պահանջեն. և յամենայն հաստատութէ̃ վրիպեալ են ։

Կամէի և ես առ ձեզ՝ որ քննասէրքդ էք, յուզել այնպիսի ինչ բանս, և ցուցանել թէ 'ի զուր է այն հակառակութի̃, ընդունայն կարծիք ։ Յորժամ յե-

li evidenter denuntiant. Audi magnum praeconem Paulum scribentem ad Thessalonicenses: *Nolo*, inquit, *vos ignorare, Fratres, quia et vos easdem calamitates passi fuistis a vestris cognatis, sicut et Ecclesia Dei ab ipsis Judaeis; a Judaeis, qui Dominum Jesum interfecerunt, et proprios prophetas, atque nos persecuti sunt: quique ab oculis Dei ceciderunt, et hominibus adversati sunt*. Qui sub tot et tantis castigationibus sunt, illorumne particeps fies? Ad tales homines dicit Isaias: *Ea est portio tua, et eadem sors haereditatis tuae*.

Vellem discere ab illis, quare unquam festum celebrent, ob quam spem? Qui poenitentiam e medio tollunt, cur inanem futilemque insipientium cultum exhibent? Spe poenitentiae destituti sunt, qui prae omnibus opus habent poenitentiae. Ulceribus scatent, et medicum negant (rejiciunt). Nomen Catharorum prae se sumentes circumducunt, puta Sanctorum sive purorum, ubi nec corpore, neque animo praeferunt sanctitatem. Nihil est, quod adeo exacerbet, in iramque moveat Deum, et reum magni supplicii reddat, quantum si quis sibi nomen Sanctum attribuat: quamvis enim ab omni peccato purus sit, debet seipsum in parte peccatorum connumerare. Audi Sanctum Joannem: *Filii, si peccamus, non sumus ex Deo*. Et rursum: *Qui mala facit, non est ex Deo*. Postquam admonuisset ne peccatum committeretur, deinde verum in medium ducit. Qui dixit, quod *Qui peccat, non est ex Deo*, inferius descendens dicit idem: *Si dixerimus quoniam non peccavimus, mentimur*. Tam ergo cautelae monitum dedit, quàm naturam non negavit. Respexit in doctrinam veritatis: vidit et mentis offensionem facile pronam. Nunc autem inimici, pietatis festum agunt, et probationem operum exigunt, omni tamen constantia destituti sunt.

Vellem et ego apud vos Christi amantissimos agitare hujuscemodi verba, et ostendere quod gratis est controversia illa, et inanis sententia. Quando quis

կեղեցւոյ կարգաց որք 'ի բաց ելանէ, չկայ յակա-
տանի. այլ առաւգնեաց առնէ զնա մոլորութիւնն,
որպէս յորժամ յորձանք գետոց՝ որ 'ի ծով մտանի-
ցեն: Ո՞րինչ յայտ զատիկն և տօնն առնիցեն, զի՞նչ
յաւուր տօնին կատարեսցի. ո՞չ ապաքէն քոի չար-
չարանք և յարութիւն քարոզի. փրկութիւն աւետա-
րանի աշխարհի, ամենայն հոգիք ա՟ծեղէն բանիւն
լուսաւորին: Այս արդ զիա՞րդ. 'ի միում աւուր 'ի
տարւոջն միայն ունիմք զայն կնիք, և զառհաւատ-
չեայ ա՟ծպաշտութեն, և չիցէ՞ յամենայն կիւրակէի
զատիկ եկեղեցւոյ. մի թէ նո՞ր ինչ պատարագ 'ի
տօնին մատչիցի. մի թէ այն ա՞յլ զենումն իցէ, և այս
այլ. մի թէ ա՞յլ վայելչութիւն խորհրդոց 'ի զատկի ի-
ցէ, և այլ 'ի կիւրակէի, և 'ի չորեքշաբաթու, և
յուրբաթու: Քանիցս անգամ և առնիցես զյիշա-
տակս չարչարանացն քոի, զատիկ առնես: Ո առա-
ջինն՝ միանգամ լինէր զենումն գառանց 'ի տարւոջն.
իսկ քոի պատարագ հանապազ մատչի: Վասն որոյ և
կենարարին յայտ արարեալ, թէ խորհուրդն չծա-
ռայէ ժամանակաց և աւուրց, կամ ամսոց և տա-
րեաց, ասէ ցաշակերտսն. քանիցս անգամ և ուտի-
ցէք զհացս զայս, և ըմպիցէք զբաժակս զայս, զի՛մ
մահ պատմեսջիք: Արդ՝ ո՞ առնիցէ զայն տօն: Որ
զնոյն խորհուրդ կատարեսցէ, հանապազ զատիկ
առնիցէ:

Այս եթէ հանապազ ասէն՝ խորհուրդն կատա-
րին, զի՞նչ պէտք նոր տօնին իցէ: Բազում ինչ. բա-
զում անգամ տուաւ յա՟յ 'ի մխիթարութիւն մարդ-
կեղէն բնութեանս և տկարութեան այսպիսի ինչ. հանա-
պազ ա՟յ խորհուրդն անշարժ և հաստատուն կայ, և
սեղանն, և քահանայք, և պատարագք, և պաշտա-
մունք, և ամենայն ինչ՝ որ յանուն նորա կատարի:
Բայց քանզի ետես զմարդկան տկարութիւնս ա՟ծ,
և ընդ երկրաւոր իրս խառնեալ, և պէսպէս պղծու-
թեք խառնակեալ, կարգեաց այնմ հնարս որովք
առաքելովքն՝ զտօնս զատկաց. զի որ զամենայն
ժամանակս ընդ մեղս զգածեալ իցեն, և ընդ երկ-
րաւոր կարիս բևեռեալ, և չկամիցի նայել ընդ լոյս
ա՟ծպաշտութենն, գէթ անուամբ տօնին ակն ածիցէ,

ab Ecclesiae disciplinis abscedit, inconstans comperitur, atque raptus detruditur ab errore, sicut quando gurgites amnium mare ingrediuntur. Quid, quaeso, Pascha et festivitas ejus manifestant? quid celebratur in die ipso festivitatis? Nonne Christi cruciatus et resurrectio praedicantur, salus annunciatur mundo, omnes animae divino verbo illuminantur? Quomodo autem? Anne uno, et solo die per annum illud sigillum arrhabonemque pietatis habemus? nonne omni Dominica (die) Pascha Ecclesiae est? Num nova quaedam hostia in festo illo offertur? Num illa alia est mactatio, et ista alia? Num aliud decus mysteriorum in Paschate est, et aliud in Dominica, atque Feria quarta, et die Veneris? Quotiescumque agas memoriam Passionis Christi, Pascham peragis. Olim semel in anno fiebat agnorum mactatio; Christi vero Sacrificium perpetuo offertur. Quare et Salvator declarans mysterium (vel Sacramentum) hoc minime servire temporibus et diebus, aut mensibus annisque, dixit ad discipulos: *Quotiescumque manducabitis panem istum, et bibetis hunc calicem, meam mortem narrabitis*. Quis ergo celebrat illam Festivitatem? Qui illud mysterium perfecerit, semper Pascham celebrabit.

At, si jugiter, inquiunt, idem mysterium peragitur, quid opus erat novae festivitatis? Belle utique. Multoties datum fuit a Deo in consolationem humanae nostrae naturae ac imbecillitatis tale quidpiam. Continuo mysterium Dei immobile atque firmum stat, et altare, et sacerdotes, et hostiae, et officia, omniaque, quae in nomine ejus perficiuntur. Quoniam tamen vidit Deus hominum infirmitatem, eamque a terrenis rebus illectam, atque variis immunditiis immixtam, constituit per sanctos Apostolos Festivitatem Paschatis, quae tamquam medela reficeret. Ut qui per omne tempus peccatis inficitur, et terrenis vitiis imbuitur, ita ut nolit in lucem pietatis respicere, saltem nomen festivitatis vereatur, atque per

և յիշատակաւ կենարար չարչարանացն պատրաստեսցէ զանձն ճաշակել 'ի սրբութենէն ։

Տօնք վասն բազմաց 'ի մի վայր ժողովելոց են. այլ մեզ հանապազ տօնք են ։ Ո՞ւր իցէ տօնք մեզ. զա̄ծ օրհնել. ապա ուրեմն որ հանապազ օրհնեսցէ՝ ցանկ տօնս առնէ. և լուր զդաւթի՝ որ ասէ, օրհնեցից զտէր յամենայն ժամ, հանապազ օրհնութիւն նորա 'ի բերան իմում ։ Որ ցանկ օրհնէ՝ միշտ տօն առնէ ։ Ո՞ստիկացն, և կացուրդիցն [1], և ամենաժողով տօնից անուն զբազմաց 'ի մի վայր գումարելոյ յայտ առնէ, առ զխաւարեալս լուսաւորելոյ, առ զմոլորեալս դարձուցանելոյ, առ զկամակոր զնացս ուղղելոյ, առ 'ի զմեռեալս և զթաղեալս յարուցանելոյ, և ամենեքին ամենայնի շինած անդամոցն քրի լինելոյ ։ Այլ չեմն ինչ զարմանք, որ յեկեղեցւոյն ճնգքեցանն՝ զի և 'ի տօնէն մեկնեցին. զի թէ 'ի մէնջ էին, ապա ընդ մեզ էին ։ Այլ ապականիչ տօնն 'ի հաւատացելոյն յանդիմանեսցի. և մեր տօնն յիւրում ժամանակի պայծառասցի. ոչ որպէս թէ ժամանակաց շնորհքն ծառայեսցեն. զի ամենայն կարգք և յօրինուածք յեկեղեցւոջ անկեսցի ։ Եկեսցուք այսուհետև 'ի կարգ ճառին. բարբառեսցուք և քարոզեսցուք, ոչ իբրև անձանց ինչ զքարոզութիւն համարել, այլ մե̄զ հօրս հարկանել զպաշտաւորութիւն, և զդանդաղեալ զհայրենի բարբառոյն հատուցուք զպարտս ։ Ո՞ այս ասեմ, զի մի որք անտեղեակ իրացս, և մեղադիր լինիցի, եթէ զհայրենի վարդապետութեան ժամանակս յանձինս ինչ կորզիցեմք. զի մեք որպէս հրամանն առնումք, զայն առնեմք, և ըստ հայրենի կամաց զհետ երթամք 'ի հարկէ ։

Երէկ մեզ եղբարք առաջի կայր սակաւ ինչ զսկըզբան աւետարանին զա̄ծխօսութիւնն աւետարանել և ճառել, և ցուցանել՝ թէ զի՞նչ յայտ դիտաւորութիւն մնաց բանիցն առնիցէ ։ Յովհաննէս ասէ, թէ 'ի սկզբանէ էր բանն. և չասաց՝ թէ 'ի սկըզբանէ էր որդի, կամ միածինն ։ Արացոյց զմիտս լսողաց, թէ զուցէ առ չկարութեան մնաց ա̄ծա-

[1] կամ կոչուրդիցն. ուր գրեալ էր, կոչուրդիցն ։

J

memoriam salutarium Christi dolorum ad gustandum de Sanctis (sanctorum) se praeparet.

Festum propter plures in unum locum collectos statutum est, sed sanctis quotidie festum est. Quid sit festum sanctis? Deum benedicere. Qui ergo quotidie benedicit, perpetuo festa celebrat. Audi quidem David dicentem: *Benedicam Domino omni hora* (tempore), *quotidie benedictio ejus in ore meo*. Qui semper benedicit, perpetuo festum agit. Nomen autem Paschatis, et Solemnitatum, Panegyricorumque multitudinem in unum coetum congregatam declarat, ut tenebris obducti illuminentur, ut aberrantes in bonam viam revertantur, ut gressus audaces reprimantur [1], ut mortui sepultique resuscitentur, utque omnes omnino in aedificium membrorum Christi reducantur. Non est tamen mirum abscissos ab Ecclesia a festo quoque abscedere. Nam *si ex nobis essent, ergo nobiscum fuissent*. Sed festum depravans convincetur a fidelibus; nostrum autem festum suo tempore fulgebit; non quasi temporibus serviat gratia, sed ut omnis ordo et ornamentum in Ecclesia constituatur. Veniamus itaque in seriem sermonis, proferamus ac praedicemus, non velut nobis ipsis praedicationem adscribentes, sed sancto nostro patri obsequium praestantes, et cunctantis paternae vocis debitum persolvamus. Haec dico, nequis ignorans rerum culpam nobis imponat, ac si paternae doctrinae tempus in nosmetipsos diripiamus: nos enim sicut mandatum accipimus, id agimus, et paternam voluntatem necessario adimplemus.

Heri nobis, Fratres, propositum erat paululum exordii Evangelii theologiam annuntiare, atque referre pariterque demonstrare, quid sensus verborum patefaceret. Joannes dicit: *In principio erat Verbum*; nec dixit, in principio erat Filius, aut Unigenitus. Munivit nimirum mentes auditorum, ne forte cum ipsi

(1) Ad verb. *ad corrigendos gressus obliquos*.

խօսութեան մարդկեղէն կարծեօքն ա̃ծեղէն ծնունդն աղաւաղեսցի ։ Վասնզի առ մեզ յորժամ ծննդեան ժամք լինիցին, հօր և մօր կարծիք գան 'ի մէջ, և մարմնոյ թանձրութիւն, և կարեաց պատճառք, թաքուցանէ նախ զորդւոյն անուն, և ընծայեցուցանէ զբանին յորջորջումն, զի բանին յորջորջմամբ՝ զանկարեկան ծնողին և ծննդեանն մեկնեսցէ ։ Այլ զի դարձեալ վերստին կրկնեսցի, բան կոչէ, զի ցուցցէ՝ թէ չէ ընդ կարեօք ծնունդն ։

Այլ առ ա̃ծ էր ասէ, զի զանբաժին պատուոյն յայտ առնիցէ ։ Ասաց, թէ առ ա̃ծ էր, և ընծայեցոյց՝ զի ա̃ծ է. ապա և զարարչութիւն 'ի մէջ բերէ, եթէ ամենայն ինչ նովաւ եղև. յանդիմանեսցի զուր աշխատութիւն վիճողացն, որք 'ի ձեռն նորա և նովաւ ասելովն՝ նուազութիւն պատուոյ միածնին կամին կազմել ։

Այլ թերևս ասիցէ ոք. դրեսջիր թէ հերձուածողքն պահանջեսցին [1], և չկարիցեն ասել, թէ զինչ 'ի ձեռն նորայն իցէ, և զինչ նովաւն. դու՝ որ եկեղեցականդ ես, մեկնեա, զինչ 'ի ձեռն նորայն իցէ, և զինչ նովաւ ։ Ա̃ծեղէն գիրք չարկանեն 'ի կիր զբանս արուեստականաց, և չծառայեն մարդկեղէն մտաց կազմածոյ. քանզի չեն արհեստաւորական խրատք, և ոչ պղատոնական խոհիք, այլ միամիտ հաւատք անխարդախ և անխորամանկ, և լի բազում ազատութեամբ ։ Յորժամ (ասէ) 'ի ձեռն նորա, և նովաւ, զայն ասէ, թէ 'ի նմանէ, ամենայն ինչ 'ի ձեռն նորա ։ զինչ իցէ 'ի ձեռն նորա. այն իսկ է՝ թէ 'ի նմանէ ։ Ապա եթէ կամեսցիս մեծ ինչ զառ 'ի նմանէն իմանալ, և հօր միայն տալ զառ 'ի նմանէն իբրև զառաւել պատիւ ինչ, յանդիմանի զուր աշխատութիւն ։ զի 'ի նմանէն՝ ոչ զարարիչն յայտ առնէ, այլ զնիւթ, և զատաղձ ինչ՝ յորմէ լինիցի. որպէս 'ի ջրոյ ձուկն, և յերկրէ անասունս ։ Յորժամ ասէ, բղխեսցեն ջուրք, և հանցէ երկիր, միթէ զջուրսն և

1 Գրեալ է, պահանջիցին, կամ պահանջեսցեն 'ի նախընթաց ձեռաց ։

theologicum sensum consequi non possent, humano consilio Divina nativitas depravaretur: quandoquidem apud nos quum de nativitate sermo occurrat, patris et matris conjectura, carnisque crassitudo, et affectionum rationes menti obversantur. Itaque abscondit primum Filii nomen, et perhibet Verbi nuncupationem, ut Verbi appellatione conditionem Genitoris Genitique humanis affectionibus nequaquam subjectam exponeret. Ut autem iterum repetam, Verbum vocat, ut demonstret non esse subjectam istiusmodi affectionibus generationem.

Et apud Deum erat, ait; ut indivisibilem dignitatem patefaceret. Dixit apud Deum esse, et exhibuit, quod *Deus est*; deinde etiam creationis auctoritatem in medium affert, dicens: *Omnia per ipsum facta sunt*. Castigetur inanis labor litigantium, qui his vocibus, *per ipsum*, et *ipso* diminutionem honoris Unigeniti vellent adstruere.

Sed fortasse dixerit quisquam: Si haeretici interrogati explicare impares sint, quid *per ipsum* sit, et quid *ipso*, tu qui Ecclesiasticus es, expone, quid sit *per ipsum*, et quid *ipso*. Divinae litterae minime usurpant verba artificiosa, neque humanae mentis excogitationibus inserviunt: quoniam non sunt Aristotelicae instructiones, neque distinctiones Platonicae, sed sincera fides abhorrens dolum calliditatemque, et magna libertate pollens. Cum dixerit *per ipsum*, et *in ipso*, vel *ipso*, id dixit, *ab ipso*, sive *ex eo*. *Omnia*, inquit, *per ipsum*. Quid sit, *per ipsum*? *ab ipso* videlicet. Quod si velint magnum quiddam intelligere illud, *ab ipso*, et Patri soli attribuere *τὸ ab ipso*, tamquam ampliorem quemdam honorem, confutatur inanis eorum labor. Siquidem *ab ipso*, vel *ex ipso*, non (semper) factorem indicat, sed materiam ac sylvam (elementi), ex qua fiat: ut, ab aqua piscis, ex terra autem jumentum. Quando dixit, producant aquae, et educat terra, num aquam et terram auctorem di-

զերկիր արարիչ կոչէ. և կամ յորժամ պօղոս ասէ, թէ առաջին մարդն յերկրէ հողեղէն, միթէ արարիչ իցէ երկիր. և յորժամ ասէ, ոչ եղև այր 'ի կնոջէ, այլ կին յառնէ, միթէ արարիչ կնոջ այրն իցէ: Տեառնն, զի 'ի նմանէն՝ ոչ ամենայն ուրեք արարչին է գիպող, այլ և նիւթոյ ինչ՝ որ 'ի միջի կայցէ: Նոյն յայտ է թէ նովաւ և 'ի ձեռն նորա ասել զկենարարէն, ոչ իբրև զնիւթ ինչ 'ի գործ ածել ցուցանէ, այլ զչգոյն 'ի գոյ հաստատեաց, և զչէն 'ի յէ կոչեցեալ: Ո՛չ (որպէս) նիւթն և ատաղձ արուեստաւորացն իցէ, նոյնպէս և այ կամքն, և ոչ եթէ էութիւն այ. քանզի ոչ եթէ յէութենէն այ ելանեն գործքն, այլ կամքն կացուցանեն զչէն յէ, և զչգոյն 'ի գոյ. կամի, և ամենայն ինչ լինի. ակնարկէ՝ և ամենայն ինչ ունկնդիր լինի:

Նոյն արդ՝ յորժամ 'ի նմանէն ասիցէ, փոխանակ ասելոյն, թէ 'ի կամացն հօր. և յորժամ 'ի ձեռն նորա և նովաւ, այն իսկ է՝ թէ 'ի զօրութեն որդւոյ: Նոյն զի զայս պատճառս 'ի բաց մերժեսցէ յայնցանէ՝ որ պատճառս մեղաց պատճառեն, ասէ երանելին պօղոս. Ո՞ դիտաց զմիտս տն, կամ ո՞ եղև նմա խորհրդակից. կամ ո՞ ետ նմա փոխ, և առնուցու զփոխանորդն, զի ամենայն ինչ 'ի նմանէն և 'ի ձեռն նորա: Եթէ նուաղութի ինչ՝ 'ի ձեռն նորայն՝ ցուցանիցէ, և առաւելութի պատուոյ՝ 'ի նմանէն, զիա՞րդ իցէ, զի աստ զերկոսին զմիոջէ ասիցէ. միթէ զանխա՞ռնս ինչ խառնիցէ: Ուստե՞ համարիցին ասացեալ զամենայն ինչ 'ի նմանէ և 'ի ձեռն նորա. զհօրէ՞, թէ զորդւոյ: Եթէ զհօրէ, ահաւասիկ և զհօրն՝ 'ի նովաւն, և 'ի ձեռն նորա իջուցին, եթէ սպասաւորութի է նովաւն. և 'ի ձեռն նորա գուշակեցին, կարծի թշնամանք իցեն ասել զհօրէ զ'ի նմանէն, և նովաւ, և 'ի ձեռն նորա. քանզի չմարթի միութն՝ տէր լինել, և սպասաւոր: Իսկ զորդւո՞յ իցէ ասացեալ. ահաւասիկ չկայ միայն 'ի ձեռն նորայն և նովաւ, այլ 'ի նմանէն. և չկարէ մին՝ սպասաւոր, և ինքնագործ լինել: Այլ զի զմեր ցնորսն 'ի բաց պարզեսցէ, 'ի միոյ դէմս գումարեաց զերկոսին. զի ուսանիցիս, թէ բանք զայ բնութիւն չբաժանեն, այլ 'ի

xerit creationis? Vel quum Paulus dicat, *Primus homo a terra terrenus*, creatorne erit terra? Et quando dicit: *Non fuit vir a muliere, sed mulier ex viro*, anne creator mulieris sit vir? Viden'quod *τὸ ab ipso* non ubique auctori convenit, verum etiam materiae quae intersit. Liquet autem quod *per ipsum* vel *ipso* dicere de Salvatore, non sicut materiam aliquam usurpatam declarat, sed quod non subsistentem in subsistentiam condiderit, et non existentem in existentem evocaverit. Non sicut materia sylvaque artificum est, ita et Dei voluntas, neque substantia Dei: non enim ex substantia Dei exeunt opera, sed voluntas ejus, id quod non erat, in ens, et non extantem in extantem constituit. Vult, et omnia fiunt; annuit, et omnia obediunt.

Itaque quando *ab ipso* dixit, locum habet dicendi, ex voluntate Patris; quando vero, *ab ipso* et.*in ipso*, id est, ex virtute Filii. Ut autem hujusmodi praetextus avertat a causantibus causas peccati, dicit beatus Paulus: *Quis novit mentem Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis mutuum dedit ei, et accipiat retributionem? Quoniam ex ipso, et per ipsum*, (*et in ipso*) *omnia*. Si diminutionem aliquam ostendat *τὸ per ipsum*, et praestantiam honoris *τὸ ab ipso*, quomodo hic utrumque de uno asseruerit. An immixta quaedam commiscuerit? De quo putent dictum fuisse *omnia ex ipso, et per ipsum;* an de Patre, an de Filio? Si de Patre, ecce et Patris statum illis vocibus, *ipso* vel *per ipsum*, imminuerunt, si id famulatûs sit; atque eo ipso conjecerunt nimiam esse contumeliam de Patre illas voces, *ex ipso, et per ipsum, et in ipso* asserere: eoquod nequeat unus dominus esse et famulus. Sin autem de Filio dictum sit, ecce non solum adest *per ipsum, et in ipso*, sed quoque *ex ipso:* neque potest unus famulus simul et author esse. Sed ut nostra phantasmata depellat, in unius faciem collegit utrumque, ut discas, quod verba naturam Dei non dividunt, sed voces illae, *ex ipso, ipso*, *per ipsum, et in ipso*, de uno dicuntur; nunc de Patre,

նմանէն, և նովաւն, և 'ի ձեռն նորա, և 'ի նոյն, զմիօջէ ասէին. երբեմն զՀօրէ, և երբեմն զորդւոյ:

Այլ քանզի բազում անգամ զորաշն, և 'ի ձեռն նորա՝ յեղյեղուն, և այնու իմն սպասաւորութեան և նուաստութեան և փոքրկութեան համարին որդւոյ, հարկ է ժողովել և դնել առաջի ձեր բանս մարգարէականս: Երանելին յովսէփ մինչդեռ 'ի բանտին էր, որ պարտեաց ¹ ցածութեան զամենայն չարիս, ետես անդ զներքինիս փարաւոնի արքայի տրտում երեսօք, որոց դէմքն զթախիծ սրտիցն յայտ առնէին. ընդէ՞ր էք այսօր ասէ տխուր երեսօք: Երազ տեսաք ասեն, և չիք ոք որ մեզ մեկնիցէ: Այլ առ այն զի՞նչ երանելին յովսէփ. ասացէք ասէ զերազն. և չասաց՝ թէ յա̃յ է մեկնութիւն նորա, այլ թէ 'ի ձեռն ա̃յ: Թէ այնպէս իցէ, դու Ճոխանաս, և ա̃ծ սպասաւո՞ր լինի. ո՞չ ապաքէն 'ի ձեռն նորա իցէ մեկնութիւնն. տրտում պարտ էր ասել՝ թէ յա̃յ. զի՞ւ ինչ 'ի ձեռն ա̃յ և ա̃վ խօսիցիս, թէ ա̃ծ 'ի ձեռն քո և քև: Այլ արդ մի ծառայեսցես բանիցն տկարութե, ա̃յ շնորհացն լսէր, և հին կտակարանացն: Ո՞յս են պատգամք և պատուիրանք, զոր պատուիրեաց մովսէս ծառայ ա̃ն 'ի ձեռն հրամանի ա̃ն. (մովսէ՞ս 'ի ձեռն հրամանի ա̃ն), եթէ հրամանքն 'ի ձեռն մովսէսի: Ո՛ր դիր, այս են ասէ պատգամք և պատուիրանք զոր պատուիրեաց մովսէս. և չասաց, թէ ա̃ծ 'ի ձեռն մովսէսի, այլ թէ մովսէս 'ի ձեռն ա̃յ:

Ոսայց բան, կոչեաց և ա̃ծ, անուանեաց և արարիչ. և առ սակաւ սակաւ զայս հանդարտ և յորդւոյ միածնի յորջորջումն: Ամենայն ինչ ասէ նովաւ եղև. զարարչութիւն քարոզէ. և առանց նորա եղև ոչ ինչ՝ յեղելոցն, և ոչ յանարար բնութէն: Զի՞ չէ՞ք զառաջին զբանսն, զոր ասացաք, եթէ գիրք ըստ իւրաց ինչ որ առաջի կան՝ խօսին ինչ անհարկելով. զի հերձուածողաց աշակերտքն՝ որ ընդ հոգւոյն ա̃յ սան պատերազմ, զամենայն ինչ նովաւ եղև՝ և 'ի

¹ Գրածն, պարփեաց:

nunc de Filio.

Quia tamen (adversarii) frequentius versant voces *per quem*, vel *quo*, et *per ipsum*, atque his famulatum ac diminutionem minoritatemque Filio adscribunt, colligere et coram vobis verba prophetica ponere necesse est. Beatus Joseph quum in carcere degebat, qui humilitate modestiaque mala omnia superavit, vidit illic eunuchos Pharaonis regis vultu tristes, quorum visus moestitiam animorum prodebat. Quare hodie tristi, ait, estis vultu? Somnum vidimus, ajunt, et nemo est qui interpretetur nobis. Quid ad haec beatus Joseph? Dicite, inquit, somnum. Non dixit, quod *a Deo* vel *ex Deo* est interpretatio ejus, sed quod *per manum Dei*, sive *per Deum*. Si ita est, tunc auctoritatem monstras, et Deus famulus erit? nonne *per manum ejus* esse dicitur interpretatio? cui oportebat dicere, *ex Deo:* (aliàs opponeretur,) Tune per manum Dei, et per Deum loqueris, an Deus per te, et in te? (1) Ne itaque servias verborum infirmitati, sed Dei gratiam audi, et *vetus* quoque testamentum. *Haec sunt oracula et mandata, quae praecepit Moyses servus Dei per mandatum Domini.* Moysesne per mandatum, an mandatum per Moysem? observa, quod dicit, *Haec sunt oracula et mandata, quae praecepit Moyses*: et non dixit, quod Deus per Moysem, sed Moyses per Deum.

Dixit ergo (Evangelista) *Verbum;* vocavit et *Deum*; nominavit et *Creatorem:* atque sensim ac paulatim venit etiam in *Filii Unigeniti* appellationem. *Omnia*, inquit, *per ipsum facta sunt;* quo creationem mundi praedicat. *Et sine eo fuit nihil* creaturarum, non vero increatae naturae. Memoresne estis primorum verborum jam dictorum? quod nempe Scriptura secundum res praesentes loquitur aliquid annuens: ubi haereticorum auditores, qui adversum Spiritum Sanctum

(1) Quod Latinis est, *per te*, id Armenis dicitur *teipso*, et *per manum tuam*.

հոգւոյն սրբոյ առնուն հայհոյութն ։ Ամենայն ինչ նո-վաւ եղեւ, ամենայն որ ինչ եղեւ, և ոչ անարար բը-նութիւն ։ Մի թէ յորժամ ասիցէ կենարարն, եթէ ամենեքեին որ յառաջ քան զիս եկին՝ գողք էին և աւազակք, զմովսէս գո՞ղ բամբասեսցես, և զեսայի աւազա՞կ. ոչ ապաքէն զնոսա կոչէ գողս և աւազակս, զորոց բանքն էին ։

Ամենայն ինչ նովաւ եղեւ, և առանց նորա եղեւ և ոչ ինչ որ ինչ եղեւն. նովաւ կեանք էր ։ Բայց, թէ բան է, և կոչեսցի ած, և թէ առ ած էր, և անուա-նեսցի արարիչ. յորջորջէ և կեանք, զի որ արարիչն է, ապաքէն և կենարար է. չմարթի, թէ արարիչ իցէ, և կենդանական զօրութիւն արարածոց չտայ-ցէ ։ Կեանք էր, քանզի զկենդանականն և զլուսաւո-րիչ շնորհս ունի. զի որ ինչ հաստատեսցի, կենաց կարօտ է, և կենդանութե լուսոյ. և ոչ 'ի լոյս (լինել) վայելել առանց կենաց. վասն այնորիկ 'ի նոյն յարէ, թէ կեանք էր, և կեանքն էր լոյս մարդկան ։

Նոյնոյ զարարչական զօրութիւն՝ զկենդանարարն և զլուսաւորիչ. ապա ասէ, եղև այր մի առաքեալ յԱյ, անուն նորա Յովհաննէս. ուր Այ ճառք իցեն, անդ՝ էր նա, և ուր մարդոյն՝ եղեն ։ Սա եկն 'ի վկայութիւն, վկայել վասն լուսոյն, զի ամենեքեան հաւատասցեն նովաւ ։ [illegible] զատանէ հերձուա-ծողն. տեսանեմս ասէ, զի նովաւն ապաստաւորութեան դաւշակ է, քանզի մարգարէիւքն իսկ լինի հաւատա-րիմ Այ ։ Նայց ահա[1], թէպէտ և մարդկան բնութիւն ընդ օրինօք հնազանդեալ կայ, և ընդ տէրութի ապաստան, տակային ասա որոճն՝ ոչ ապաստաւորութիւն ինչ յայտ առնէ; այլ փառզութե և զքարոզութիւն մարգարէիցն. քանզի կամայ, և ոչ ակամայ լինէր վկայ լուսոյն ։ Նա եթէ 'ի կարի ինչ 'ի խժդժն և յախտորոյ կայցեն, և զորոճն և 'ի ձեռն նորա՝ ապա-ստաւորութե նշանակ համարին, լուիցեն պօղոսի՝ որ ասէ, հաւատարիմ է Այ՝ որով կոչեցարուք 'ի հաղ-ղորդութիւն որդւոյ նորա ։ և ոչ ևս, որոճն, և 'ի

1 Գրեալ էր, նա. բայց յայնժամ պիտէր այլ բայ. իբր՝ ահա նա ։

congrediuntur, illud *Omnia per ipsum facta sunt*, etiam in Spiritum Sanctum blasphemantes referunt. *Omnia* (tamen dixit) *per ipsum facta sunt*, omnia (scilicet) quae facta sunt, minime vero increata natura. Num quando dixerit Salvator, quod *Omnes qui ante me venerunt, fures erant et latrones*, Moysemne furem accusabis, et Isaiam latronem? nonne illos vocat fures et latrones, de quibus sermo erat?

Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat. Dixit, quod Verbum est, atque Deum appellavit, et quod apud Deum erat: nominavit et Creatorem; nuncupat etiam Vitam. Nam qui creator est, vivificus etiam utique est: nequit enim, ut Creator sit, quin et vitalem virtutem creaturis praestiterit. *Vita erat*, quia vitalem illuminatricemque gratiam habet. Quoniam quidquid conditur, vitae indiget, et vitae lucis, neque fit ut luce sine vita fruamur. Propterea adjicit, quod *Vita erat, et vita erat lux hominum.*

Postquam demonstrasset creatricem virtutem vivificam atque illuminantem, deinde dicit: *Fuit unus homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes*. Ubi de Deo sermo sit, ibi *Erat* ipse (dicitur); ubi autem de homine (sive humanitate) agitur, *Fuit.* (et subditur). *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes firmarentur* (seu crederent) *per illum*. Ansam captat haereticus: viden', ait, quod τὸ *per illum*, famulatum designat; quoniam per prophetas quoque fidelis probatur Deus. Vide tamen quod quamquam hominum natura sub lege obedientiae constituta sit, subditaque dominico servitio, hic tamen τὸ *per illum* non famulatum quemquam indicat, sed inspirationem praedicationemque prophetarum: quoniam voluntarie, non vero invitus testimonium perhibebat de lumine. Quodsi in nimia barbaraque pertinacia et contumacia instantes, τὸ *per quem*, sive *per illum* famulatus indicium arbitrentur, audiant Paulum dicen-

ձեռն նորա՝ յորդւոյ առ հայր, այլ ՚ի հօրէ առ որդի ։

Յաշխարհի անդ էր ասէ, և եկն յաշխարհս ։ Եւ քանզի ասաց թէ եկն յաշխարհ, զի մի ոք վայրական փոփոխումն զանմարմնոյն կարծեսցէ, ասէ, էր յաշխարհին, և եկն յաշխարհ ։ Որպէս ասեն, և թէ զոր հայր որբեաց, և առաքեաց յաշխարհ ։ Առաքելութիւն ոչ տեղական ինչ փոփոխումն, այլ զանտեսութեան յայտնութիւն ցուցանէ ։ Եւ թէ զիա՞րդ իցէ՝ լուր. ուստի՞ երևի ցորեան, ուստի՞ գայ գինի, ուստի՞ ձէթ. ոչ ապաքէն յերկրէ ։ Իսկ ընդէ՞ր ասէր ած, եթէ ահաւասիկ առաքեմ զձեզ (կամ ձեզ) ցորեան, և գինի, և ձէթ ։ Եթէ ցորեան առաքեալ ոչ յերկնից գայ, այլ յայտնութիւն բուսոյն ցուցանէ զառաքելութիւնն. Իսկ դու զարարիչն անմարմին, զէն ՚ի Ճշմարիտ էէն, և զգոյ ՚ի Ճշմարիտ գոյէ՝ վայրական փոփոխմամբ կարծես առաքեալ, և ոչ աներևութական յայտնութեամբ ։ Ոչ թէ որդի տեղաց ՚ի տեղիս առաքեցաւ, ապա և հայր անդ միայն ՚ի վեր մնայց, և որդի այսր ևեթ ՚ի խոնարհ եկն, ոչ յերկինս որդի էր, և ոչ յերկրի հայր ։ Մի՛տ դիր հաստատութեամբ. եթէ բանին ծառայիցես, և այնպէս զորդւոյ առաքելութիւն (առցես,) որպէս թէ մեկնեալ ինչ յառաքելոյն իցէ, ամենևին իսկ հարկ լինիցի առաքելոյն յերկնից՝ յերկրի ևեթ լինել, և զատանել յերկնից, և առաքչին չլինել յերկրի, այլ յերկինս սահմանեալ ։ Իսկ ո՞ ոք այնպէս ամբարիշտ և անօրէն կայցէ, և ածամարտ լեզուս խարտեսցէ, մինչ զհայր յերկինս ևեթ սահմանել, և զորդի յերկրի միայն փակել ։

Այսմ Ճշմարիտ ածխօսութիւն ինչ ուսանել, ոչ վայրապար ասացեալ, այլ ՚ի գրոց վկայեալ. Եւ զի առաքեցաւ որդի, և կաց մնաց ՚ի բարձունս. Եւ վերացաւ յերկինս, և ընդ մեզ է ։ Ոչ եթէ իմ ինչ բանք են, այլ նորին կենարարին ։ Որ հայր ասէ որբեաց և առաքեաց. Եւ այնպէս իմն թուի թէ մեկնեցաւ յառաքչէն. Եւ զիա՞րդ որ առաքեցաւն՝ ասէ,

tem: *Fidelis est Deus, per quem* (vel *quo*) *vocati fuistis in obedientiam Filii sui.* Ubi necdum τὸ *per quem*, sive *per illum*, de Filio ad Patrem, sed de Patre ad Filium (asseritur).

In mundo ipso erat, inquit, *et venit in ipsum mundum*. Quoniam vero dixit, *venit in mundum*, nequis localem mutationem de incorporeo conjiciat, *Erat*, inquit, *in mundo ipso, et venit in mundum*. Quomodo ergo, ajunt, (dictum sit,) *Quem Pater sanctificavit, et misit in mundum?* Missio illa haud localem quandam mutationem, sed dispensationis revelationem demonstrat. Quomodo autem, audi: Unde apparet triticum, unde venit vinum, unde oleum? nonne de terra? Cur itaque dicebat Deus, *Ecce mitto vobis frumentum vinumque et oleum*. Si ergo frumentum missum non de caelo venit, sed per revelationem germinis ostendit missionem suam; tune Creatorem incorporeum, qui Ens est ex Ente vero, Extantemque ex vero Extanté, locali mutatione missum putas, non vero dispensativa revelatione? Quoniam si Filius de loco in locum missus fuit, ergo et Pater ibi tantum sursum mansit, et Filius huc tantum deorsum venit; et consequenter nec in caelo Filius erat, neque in terra Pater. Observa diligenter: si verbis ipsis morem geras, atque sic Filii missionem accipias, ac si discesserit a mittente, omnino necesse erit missum de caelo in terra tantum esse, et separari ex caelo, mittentem vero non esse in terra, sed in caelo velut termino conclusum. Ecquis adeo impius iniquusque extet, et contra Deum linguam acuat, ut Patrem in caelo solo determinet, Filiumque in terra sola reponat?

Visne veram theologiam discere, non inconsulto expressam, sed ex Scripturis testificatam? Vere quidem missus fuit Filius, et permansit in excelsis: ascendit in caelum, et nobiscum est. Non sane mea sunt verba, sed ipsius Salvatoris. *Quem*, ait, *Pater sanctificavit, et misit:* ubi poterat sic videri, quasi vero discesserit a mittente. Quomodo tamen ipse, qui mis-

թէ ես 'ի Հայր, և Հայր յիս. և դարձեալ՝ թէ որ առաքեացն զիս Հայր, ընդ իս է։ Եթէ ընդ քեզ իցէ, ապա չառաքեցար միայն, այլ ընդ նմին առաքեցար։ Եթէ մարմնական առաքելութիւ առաքեալ զնա իմանայցես, զիա՞րդ զառաքչէ զՀօրէ ասիցէ, թէ ես 'ի Հայր, և Հայր յիս. և դարձեալ՝ թէ որ յղեացն զիս՝, ընդ իս իցէ։ Ո՛ ի մի յորժամ լուիցէ ոք, թէ որ առաքեացն զիս՝ ընդ իս է, զօրութի՞ ինչ ազդական համարեսցի, և ոչ զբուն իսկ զՀայր, յայլում վայրի լուսաւորէ զբանն. Հայր, ասէ, որ յիս բնակեալ է՝ գործէ զգործս. որ յիս բնակեալ է, և ոչ որ յիս ազդեցութիւս գործէ։

Ակն յերկնից, և նոցա անդէն յերկինս. վերացաւ յերկրէ, և չմեկնեցաւ յերկրէ. և զի չէ իմ բանս, լուր իսկ նմին Տն. Եղանեմ, ասէ, առ Հայրն, և առաքեմ առ ձեզ զՀոգին սբ. Եղանեմն անջրպետութիւն ցուցանէ, և առաքեմն չանջրպետութի։ Ո՛ ի մի ոք զբան մարմնոյն վերանալն՝ ծնութէն փոփոխումն համարեսցի, պատուիրէ աշակերտացն, երթայք աշակերտեցէք զամենայն հեթանոսս, մկրտեցէք զնոսա յանուն Հօր և որդւոյ և Հոգւոյն սբյ. և ահաւասիկ ես ընդ ձեզ եմ զամենայն աւուրս մինչև ցվախճան աշխարհի։ Ո՞նչ իցէ՝ ընդ ձեզ եմ։ 'Ի բարբառոյն իսկ ճանաչեմք զբանն. 'ի մարգարէն որ յայնժամ խօսէր, և այժմ զօրութիւ գործէ։ Երթայք և աշակերտեցէք զամենայն հեթանոսս, և ահաւասիկ ես ընդ ձեզ եմ։ Ո՞վ իցէ՝ որ զայն ասաց. յայտ է, թէ այն՝ որ 'ի ձեռն անդէի մարգարէի խօսէր. այժմ զօրացի՛ր դու զորոբաբէլ ասէ Տր, և զօրասցին ձեռք ժողովրդեան իմոյ, և գործեցէք 'ի տան իմում, զի ես ընդ ձեզ եմ, և ոգին իմ կայ 'ի մէջի ձերում։

Ամենայն ուրեք Տն, և ընդ ամենայն հաւատացեալս Տն. 'ի մէջ հաւատացելոց Հայր, 'ի մէջ հաւատացելոց որդի, 'ի մէջ հաւատացելոց և Հոգին սբ։ Աւ թէ զիա՞րդ 'ի մէջ հաւատացելոց Հայր, լուր մարգարէին՝ որ ասէ. ուրախ լեր և ցնծա՛ դուստր սիոնի, ցնծա և բերկրեաց յամենայն սրտէ քումմէ, զի եբարձ Տր 'ի քէն զրկանս քո, և փրկեաց ըզքեզ 'ի ձեռաց թշնամեաց, թագաւորեսցէ 'ի մէջի

sus fuerat, dixit: *Ego in Patre, et Pater in me*. Et rursum: *Qui misit me Pater, mecum est*. Si tecum est, ergo non missus es solus, sed cum ipso missus es. Si corporali missione missum intelligas eum, quomodo de mittente Patre dixerit, *Ego in Patre, et Pater in me?* atque iterum, *Qui misit me, mecum est.* Ne autem quis audiens, quod *Qui misit me, mecum est*, virtutem aliquam operativam (inspirativam) putet, non vero ipsum Patrem, alibi declarat verbum, dicens: *Pater qui in me habitat, peragit haec opera.* Qui in me habitat, non autem qui agit in me operationes (vel inspirationes).

Ne itaque, ne a Judaeis, nec ab idololatris, neque ab haereticis discas de Christo, qualis, quisve sit; sed si vis certus fieri, a sua radice veram notitiam accipe. Vide, quid testatur de ipso Genitor suus: *Hic est Filius meus dilectus, hunc audite*. Pater Filium vocat, et tu creaturam nominas? *Hic est Filius meus dilectus*. Et rursum. *Sic dilexit Deus mundum, ut Unigenitum Filium suum daret*. Caeterum non persuadebit tibi Pater? non facient oracula Prophetarum ut illum verearis? non pudore te adficient chori Apostolorum? convincent te, et rubore tuum vultum daemonia tingent. Non enim acquiescis Patri dicenti: *Hic est Filius meus dilectus*. Nec Paulo dicenti: *Splendor gloriae, et character essentiae*. Neque Petro praedicanti: *Tu es Filius Dei vivi*. Neque Isaiae, qui *Deum fortem* appellat. Negasti Scripturas, saltem daemonia verere. Mattheus dicit: *Egrediebantur ex multis daemonia, et clamabant, Tu es Filius Dei*. Similiter et Marcus ait, quod persuasi verbo, dicebant: *Scimus te, quis es tu Fili Dei*. Itidem et Lucas obtestatur, quod videntes eum daemones procidebant ante ipsum, clamabant dicebantque: *Novimus te, quis es Fili Dei; venisti ante tempus judicare nos*. Daemonia Filium Dei confitentur, et tu creaturam appellas? In magno agone stas.

խոստովանելին, և դու արդարած կոչես ։ 'Ի մեծի տագնապի կաս. զի՞ արդարացուցանես զդեւս քան զքեզ. զի յաճախութեան չարեաց արդարացուցանէ զսակաւ չարիս ։ Վասն այնորիկ և ցերուսաղէմ վասն յաճախութեան չարեացն ասէր, եթէ արդարացաւ սոդոմ քան զքեզ. փոխանակ ասելոյ, թէ առ քո մեղօքդ՝ արդար երևեցաւ սոդոմայեցւոց քաղաքն ։

Ունիս օրինակ, երկի՛ր պարզ ճշմարտութեան. զի թէ չէր յովսեփայ երթեալ յեգիպտոս, սովամահ լինէր երկիրն եգիպտացւոց. և եթէ չէր կենարարն յաշխարհ եկեալ, սովամահ յա̃ծեղէն բանէն լինէին տիեզերք. և զի ա̃ծեղէն բանն կերակուր է, լուր. ահաւասիկ առաքեցից ձեզ ոչ սով հացի, և ոչ ծարաւ ջրոյ, այլ սով լսելոյ զբանն տ̃ն ։ Ո՛վ սքանչելիք, զիա՞րդ 'ի մարգարէսն յառաջագոյն նկարէր օրինակն ։ Տեսեր 'ի յովսէփ զօրինակն. տես և 'ի դանիէլ զյարութեան օրինակն. արկին զդանիէլ 'ի գուբ՝ ոչ կամօք դարեհի, և կաւոսի. եղանէ 'ի խաչ ք̃ս, ակամայ կամօք պիղատոսի. զդարեհ արքայ բանադատեաց միաբանութեան իշխանացն, և զպիղատոս՝ միաբանութիւն հրէիցն ։ Կանխեաց դարեհ տեսանել զգուբն և զդանիէլ, թէ ո՞ղջ կայցէ. կանխեցին առաքեալքն և կանայքն 'ի գերեզմանն՝ տեսանել, թէ կենդանի՞ իցէ կենդանին ։

Դարձարու՛ք հերետիկոսք յանհաւանութենէ 'ի հաւատս. մի՛ լինիք վատթարագոյն քան զջուր ։ Ջուրն եմուտ զյն̃, և գինի եղև. և դու ասես որդի, և ծառա՞յ անուանես ։ Առաջին նշան 'ի կանա գալիլեացւոց արար. զի կատարեսցի բանն՝ որ ասէ, գալիլեա հեթանոսաց, ժողովուրդ՝ որ նստէր 'ի խաւարի՝ լոյս մեծ ետես ։ Առաջին նշան 'ի հարսանիսն եղև, քանզի է առաջին աճումն մարդկան ազգաց յամուսնութենէ, և արմատ մարդկեղէն բուսոյ հարսանիք. օրհնէ զարմատն, զի օրհնեսցէ զշառաւեղսն ։ Այլ ես ընդ այն զարմանամ, ոչ զի կոչեցաւն միայն՝ և յանձն առ երթալ, այլ զի ոչ 'ի տուն ինչ նշանաւոր, ուր հարսանիք էին, չոգաւ, բայց 'ի տուն առն միոջ աղքատի 'ի հարսանիս. աղքա՛տ էր այրն, ուր հարսանիքն էին. և այնչափ աղքատ, մինչ զի և

Cur justificas daemonia plusquam te? nam abundantia malitiae minorem malitiam justificat. Propterea etiam ad Jerusalem ob redundantem pravitatem dicebat, quod Sodoma prae te justificata est, videlicet prae peccatis tuis justa civitas Sodomitarum apparuit.

Habes exemplum, adora veritatem. Quoniam si non perrexisset Joseph in Ægyptum, fame regio Ægyptiorum periisset. Et si non advenisset Salvator in mundum, fame divini verbi orbis terrarum obiisset. Quod autem Divinum verbum cibus sit, audi, *Ecce mittam vobis non famem panis, sitimque aquae, sed penuriam audiendi verbum Domini*. O mirum! quomodo in prophetis cudebatur typus. Vidisti in Joseph exemplar. Vide et in Daniel resurrectionis exemplum. Miserunt Daniel in puteum, non ex voluntate Darii Cyrique. Crucifigitur Christus praeter voluntatem Pilati. Darium regem coegit per vim conjuratio principum, et concordia Judaeorum Pilatum. Mane surrexit Darius videre puteum, Danielemque, num sanus adhuc esset? mane surrexerunt et Apostoli mulieresque, ut viderent, vivatne vivens?

Convertamini haeretici de incredulitate in fidem; nolite esse aquâ deteriores. Aqua videns Jesum, vinum est factum. Tu vero Filium dicis, et Servum nominas? Primum signum in Cana Galilaeae fecit, ut adimpleretur verbum dictum, *Galilaea Gentium, populus qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam*. Primum prodigium in nuptiis fuit, primum enim augmentum humani generis ex matrimonio est, et radix humani germinis nuptiae. Benedicit radici, ut benediceret surculis. Ego vero illud admiror, non quod invitatus placuerit adire, sed quod non in domum insignem, ubi nuptiae fuerint, vadit, sed in domum nuptiarum viri pauperis: pauper enim erat vir, cujus nuptiae agebantur; adeoque pauper, ut vinum quoque defecerit: pauper erat substantiâ, sed thesauris veri-

գինեակն եւս հատաւ․ աղքատ էր ընչիւք, այլ մե-ծացաւ զանձիւք ճշմարտութեն ։

Սպառեցաւ գինին, եւ փոխեաց զջուրն 'ի գինի․ յառաջ ասաց մայրն, գինի ասէ չունին․ որ մայր էր ըստ մարմնոյ, եւ աղախին ըստ ածութեն․ աղախին էր ըստ ածական բնութեանն, եւ եղեւ մայր՝ ըստ տնտե-սականութեան․ եւ էր նորա ած, եւ որդի․ ած՝ ըստ տէրութեն, եւ որդի՝ ըստ տնտեսութեն[1] ։ Գինի ոչ ունին ։ զի՞ կայ իմ եւ քո կին դու, չեւ եւս եկեալ է ժամ իմ ։ Յայսմ վայրի ոմանք իմացան, եթէ այլ-ազգ իմն խոստանայ․ բայց մեղադիր լինի մօրն, զի տակաւին իբրեւ ընդ մարդ նայէր ընդ որդն մարդկան․ եպերէր զնա, ոչ զի յիշեցոյցն, այլ զի իբրեւ մարդոյ յիշեցոյց[2] ։ Բազումք կարծեցին զչեւ եկեալ ժամ իմ, փոխանակ ասելոյ՝ թէ չեւ եւս եկեալ է ժամանակ նշա-նացն․ եւ եթէ չիցէ եկեալ, զիա՞րդ առնիցես զնշանդ ։ Այլ մեղադիր լինի մօրն իբրեւ վայրապար եւ տարա-ժամ յիշեցուցանելոյ․ եւ զի ած չէ՞ կարօտ յիշեցու-ցանելոյ ։ չեւ՛ եւս եկեալ է ժամանակ յայտնութեան իմոյ․ քանզի չեւ՛ եւս ոք ճանաչէ զիս՝ թէ ո՞վ իցեմ ։ Եւ զի ուսանիցիս, եթէ զբանն զայն ոչ յուրաստ լինել կալ 'ի նշանէն ասաց, այլ վասն զզօրութիւնն յուշ առնելոյ․ իսկ մօրն իմացեալ զպատասխանն՝ ասէ, զոր ինչ ասասցէ ձեզ՝ արասջիք ։

Նոյն, եւ փոխեաց զջուրն 'ի գինի, որ դարձուցանէ զջուրն յեւղ․ քանզի ձիթենեաւ զցօղն յեւղ դարձու-ցանէ, եւ որթայնովն՝ զցօրեանն, եւ այլովք բանջարովք 'ի դեղախոտնկս, եւ ծառովք 'ի միրգս․ եւ յամենայ-նի զամենայն բոյսս յիւրաքանչիւր ճաշակս․ մի անձրեւ, եւ ազգի ազգի ճաշակք գործին ։ Մի՞ ընդ այնորիկ զարմանայցես, զի զջուրն 'ի գինի փոխեաց, այլ ընդ այս յոյժ զարմացիր, զի յամենայն արա-րածս՝ զմի անձրեւ յազգի ազգի գոյնս եւ 'ի ճաշակս դարձուցանէ․ զարիւն 'ի կաթն, եւ զայլն եւս ամե-

1 Այսպէս պահանջէ բանն՝ համեմատ նախընթացից․ այլ յետեւառաջութիւն գրեալ էր, ած ըստ տնտեսութեն, և որդի ըստ տէրութեն ։

2 Զայս օրինակ խօսեցաւ 'ի նմին զարու եւ ոսկեբերանն․ որ թուի իմն խէթ․ այլ յետ ժա-

tatis ditatus fuit.

Revelatus est Dominus, et vertit aquam in vinum. Admonet Mater, *Vinum*, ait, *non habent*; quae Mater erat secundum carnem, et ancilla secundum Divinitatem. Ancilla cum esset juxta Divinam naturam, mater extitit juxta dispensativam. Eratque ipsius Deus, et Filius; Deus secundum Dominium, Filius autem secundum Dispensationem. *Vinum non habent. Quid mihi, et tibi est mulier? nondum venit hora mea.* Hoc loco nonnulli intellexere, quod alias promittit. Imponit tamen matri, quia adhuc tamquam hominem aspiciebat Dominum hominum [1]. Arguebat eam, non quod monuerit, sed quia tamquam hominem admonuerit. Multi credidere illud, *Nondum venit hora mea*, dictum fuisse pro, Nondum venit tempus prodigiorum. Quod si non venerit, cur agis prodigia? Sed matrem ut frustra et importune suggerentem inculpat, et quia Deus non indiget excitamento. Nondum venit tempus revelationis meae, quia nemo novit me, quis sim. Ut autem discas, quod illud verbum non, ne operaretur prodigium, dixit, sed ad demonstrandam virtutem suam, mater ipsa potentiam cognoscens, dicit (ministris): *Quodcumque dixerit vobis, facite.*

Dixit, et vertit aquam in vinum, qui convertit aquam in oleum. Siquidem in oliva ros in oleum vertitur, et in segetibus in frumentum, inque aliis oleribus in medicamina thuribus similia, et in arboribus in fructus, atque omnino facit, ut omnia germina singulos sapores contineant: una pluvia (est), et varii gustus efficiuntur. Ne itaque id mireris, quod aquam in vinum commutavit, sed illud potius mirare, quod in universis creaturis unam pluviam in diversos colores saporesque convertit; sanguinem in lac, residuaque omnia

զանձն եկեղեցւոյ պայծառ. Եւ նին բանիւ վարդապետաց վասն պատուոյ արքայածնին։

(1) Haec cum sequentibus vix placent nobis: nihilominus eodem modo loquutus erat Chrysostomus eodem saeculo.

նայն յիւրաքանչիւր գոյնս և 'ի ճաշակս ։ Ո՜ մեծա-
մեծ գործս նորա համապազորդ սովորութեան արհա-
մարհէին , և նոր ինչ յանկարծադէպ տնօրէնութեան
զարմանալիք թուին . ապա թէ ոչ՝ ընդէ՞ր ոչ զարմա-
նայցես , թէ զիա՞րդ զարիւնն 'ի ստինս կանանց 'ի
սպիտակ բնութիւն կաթին դարձուցանէ . վասն է՞ր
չզարմանայցես , զի զթուխ մազ 'ի սպիտակ փոխէ .
զոր ամենևին նարօտաներկաց ճարտարութի չէ՛ ձեռն-
հաս ներկանել . 'ի սպիտակէ՝ սեաւ ներկել կարո-
ղութի է . բայց 'ի սևէ սպիտակ առնել՝ կարի ան-
հնարին է . ոչ զարիւնն ներկել մարթի , և ոչ զմիան-
գամ զկարմիր ներկեալ 'ի սպիտակ դարձուցանել .
բայց նա զարիւն թուխ՝ 'ի սպիտակ արիւն դարձու-
ցանէ , և զմազ սեաւ 'ի սպիտակ մազ շրջէ . զի ուսա-
նիցիս , թէ ոչ բնութին ինչ զայն բերէ , այլ նա բնու-
թեան եդ սահմանս այնպէս լինել ։

Որդ՝ յորժամ տեսանիցես զնա 'ի հարսանիս եր-
թեալ , և զջուրն 'ի գինի արարեալ , զարմացիր . այլ
գիտացի՛ր եթէ այն ճաշակք ինչ են 'ի մեծամեծ գոր-
ծոց նորա ։ Մե՛ծ է , բայց ոչ ըստ զարմանագործին ,
այլ ըստ մերոյ այնմ (յոր) վայելեմք ։ Նաև արդ պարտ
և պատշաճ է իմանալ , եթէ սքանչելիք կենարարին՝
ըստ նմա կարի մանունք էին , և որ վայելէինն՝ նոցա
յոյժ մեծամեծք ։ Նաև զի այսպէս է , վկայէ մովսէս ,
յորժամ պատմէր նոցա զսքանչելիսն՝ որ յերկրին ե-
գիպտացւոց գործեցան . յիշեա՛ զիա՞րդ եհան զքեզ
յերկրէն եգիպտացւոց տէր ած քո մեծամեծ նշանօք
և ահագին արուեստիւք ։ Տես զիա՞րդ զարմանայր
ընդ սքանչելիսն . տես և զնշանագործն , զիա՞րդ փա-
քուէս համարի զգործն . զայս ամենայն արարի ե-
գիպտացւոցն , զի պատմեսջիք յորդիս որդւոց ձե-
րոց , որչափ խաղ խաղացի ընդ եգիպտացիսն ։ Տե-
սանե՞ս , որ ինչ մեզս սքանչելիք թուին , ա՛յ այն խաղ
է ։ այլ այս մինչև ցայս վայր ։ Ո՜ւադեսցի մեզ լցմոն
քնի , և եղիցի ածեղէն բանին լուսաւորել զոգիս
մեր , առ 'ի մերկանալ զգործս խաւարինս , և զգե-
նուլ զգործս լուսոյ . բանիւք պայծառացուցանել
զքարոզութիւնն , և արդեամբք զարդարել զխոս-
տումն զոր խոստացաք . զի բանիւք , և արդեամբք ,

in singulos colores ac gustus. Magna profecto opera sua quotidiana per consuetudinem despiciuntur, nova autem quaedam utpote quae ex improviso eveniunt, mirabilia recensentur. Alioquin, cur non miraberis, quomodo sanguinem in uberibus foeminarum in candidam lactis naturam vertat? Quare vix stupore capiaris, quia nigrum capillum in album mutet? Id quod tinctorum ars nunquam tingere valet: ex albo nigrum tingere fas est, ex nigro tamen album facere omnino fieri non potest; nec sanguinem tingere quis potest, neque semel rubro colore tinctum in album demutare. Ipse vero sanguinem subnigrum in album sanguinem mutat, et capillum nigrum in album capillum vertit: ut edocearis, quod non natura ipsa id producit, sed ipse naturae imposuit, ut ita eveniat.

Quum ergo videbis eum nuptias adiisse, et aquam in vinum transmutasse, mirare quidem, sed nosce, quod hoc libatio quaedam est ex magnis operibus ejus. Magnum est utique, non tamen quoad miraculi patratorem, sed quoad charitatem suam, qua fruimur. Convenit itaque intelligere, quod miracula Salvatoris secundum eum valde exigua erant, apud autem fruentes nimis magna. Quod vero ita se res habeat, testatur Moyses, quando narrabat suis miracula in Ægypto facta, dicens: *Memento, quomodo eduxit te de terra Ægyptiorum Dominus Deus tuus per magna signa, horribilesque artes*. Vide, quomodo admirabatur miracula. Vide autem quam pusilla censeat facta miraculorum auctor. *Haec omnia* (inquiens) *feci Ægyptiis, ut narretis filiis filiorum vestrorum*; *quantum ludum lusi cum Ægyptiis*. Videu', quod nobis miraculum videtur, Deo id ludus est? Sed haec hactenus. Affulgeat nobis lux Christi, et Divinum verbum illuminare animas nostras dignetur, ut exuamus opera tenebricosa, induamusque opera lucis; ut clarificemus verbis praedicationem, et opere decoremus promissionem, quam professi sumus: ut verbo et opere, fideque et complacentia Dei, gloriam Sanctissimae

և հաւատովք, և հանճարութբ այ, փախուս 'ի վեր առաւ- քեցուք ամենասուրբ երրորդութեն յաւիտեանս, ամէն ։

ՃԱՌ․ Թ․

'Ի բանն առաքելականին՝ որ ասէ, Հայր, եթէ հնար ինչ իցէ, անցցէ յինէն բաժակս այս․ բայց մի՛ որպէս ես կամիմ, այլ որպէս դու ։

Յորժամ մեզ եղբարք վասն ողորմութեան քարոզէին օրէնք, յորժամ վասն աղքատսիրութեան և հիւրընկալութեան 'ի հանդիսի անցանէր բանն, տեսի զփափաք ամենեցուն ձեր, և զովեցի զխնամանձն, և ե- րանի ետու յօժարութեան․ քանզի հայէի 'ի ձեզ իբրև յերկիր ծարաւեալ՝ յափշտակել զերկնաւոր բանն ։ Նոյն զայս հաստատեալ գիտեմք, զի որ ինչ անձրև՝ երկրի է, նոյնպէս և ոգւոց՝ բանն այ ․ և զոր օրի- նակ անձրևն շարժէ զնա 'ի բոյս, նոյնպէս և բանն այ յորդորէ զոգիս պտղաբերս լինել հոգևորական զգաս- տութեն ։ Աստի և համարիմ իսկ զերանեալն մով- սէս՝ լինել վկայ զուարճալից և ծննդական զօրութե ածեղէն վարդապետութեն․ որ 'ի նա և 'ի մեծի և 'ի մեծարանաց օրհնութեն բարբառի, եթէ սպասես- ցեն որպէս անձրևի բարբառոյ իմոյ, և իջցեն իբրև զցօղ խօսք իմ․ և զի մի ոք կարծիցէ անձին ինչ զճա- խութի այնպիսի ածխօսութեն համարել, ածէ յարէ 'ի նոյն, զի զանուն տն կարդացից ։

Գովեմ զձեզ եղբարք, զի ոչ 'ի բանս եեթ լսել հարեալ էք, այլ զի զգեղեցկութիւն միտաց բանիցն համբարէք 'ի ձեզ․ իբրև զիմաստունն մեղու՝ մտեալ 'ի յանդամահ և 'ի հովւար 'ի գլոց ոգց մարգս, և 'ի ծաղկոցս վառեալ ծաղկօք ածպաշտութեն, իւրա- քանչիւր ոք 'ի ծածուկ ոգւոցն մեղուարոյս գործե- ցէ զմեղր ածեղէն պատգամացն ։ Զոր օրինակ մե- ղուն և մեղուաց բնութի և զօրութի 'ի ծաղկանց է, և պէտք և վայելք 'ի մեղուացն վաստակոց․ նոյն

Trinitati in aeternum concelebremus. amen.

HOMILIA IX.

In verbum Evangelii, quod dicit: Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste: verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

Quum nobis, Fratres, de eleemosyna praedicabat lex, quando de charitate hospitalitateque in pauperes exercenda publice agebatur, vidi desiderium vestrum commune, et laudavi zelum, beatumque animum promptum dixi. Quoniam vos tamquam terram sitientem ad rapiendum verbum caeleste videbam. Hoc autem probe novistis, quod est terrae imber, tale animis verbum Dei esse; et sicut pluvia movet terram ad germinationem, ita et verbum Dei animas ad fructificationem virtutis divinitus inspiratae hortatur. Unde persuasum habeo Beatum Moysen testimonio esse delectabilis foecundaeque facultatis, quam divina doctrina praesefert, ubi in sancta et magna venerationis benedictione haec profert: *Expectabunt sicut pluviam vocem meam, descendantque sicut ros verba mea*. Ne vero quis putaret sibi ipsi auctoritatem illiusmodi theologiae adscribere, superaddit, *quoniam nomen Domini invocabo*.

Laudo vos, Fratres, quia non in verba sola audienda ardetis, sed quia pulchritudinem sententiae verborum in vobis deponitis: tamquam apes sapiens ingressus quisque in immortales spiritualesque sacrarum litterarum campos, et in viridarium florum pietatis, floribus fulgens, in arcanis animarum cellulis mel divinorum oraculorum conficiat. Quemadmodum enim melis atque apum natura facultasque ex floribus est, et usus ac fruitio ex apum labore, similiter et pietatis

պէս և ամենապաշտութեան ծառայիկ և զօրութեան յամենեղէն գրոց է, և վայելուչ ամենապաշտութեան՝ յառաքինեացն աշխատութեան, զայսպիսի մեղքախորհրդոյ զամենեղէն պատգամացն մաղս գործեաց յանձինս ։ Այլ երանելին Դաւիթ առեալ զճաշակս, թէ որչափ բարութիւն ամենապաշտութիւնն է, հնչէր գոչէր 'ի նուագս սաղմոսացն, թէ քաղցր են 'ի քիմս իմ բանք քո քան ըզմեղր բերանոյ իմոյ ։

Եւ ոչ այնչափ գովեմ զձեր յօժարութիւն, որչափ զարմանամ ընդ հօրս չնախանձաւորութի. որ ամենեղէն սիրով ծաղկեալ է, և երկնաւոր շնորհօքն պայծառացեալ. որ այնչափ և այնպէս ուսուցանէ զեկեղեցի, և ուրախ առնէ զայսպիսի քաղաք մեր ։ Ն գէպ ժամանակի է ասել զբանս սաղմոսին, եթէ գնացէք գետոց ուրախ առնեն զքաղաքս մեր. որ զայնպիսի Նա և զյստակ վտակս բղխէ, և 'ի սակաւ ինչ շթեքոց բանից մերոց չգարշի. այսպիսի ամպ երկնաւոր անձրևօք մօրոսացեալ, և չասարանայ [1] սակաւ շառաչուկ մերոյ լեզուոյս ընդունել, այլ գովէ ընդ ձեզ. որ յառաջքան զձեզ տայ բարեխօսութի իւրոց սրբոց աղօթից՝ առողջացս ասել, և լսողաց զլսելոյն զյօժարութի. և գովէ զիւրսն իբրև զայլոյ, նմանող լինել տեառն իւրում քնի. որ առնոյր զմարգարէիցն, և գովէր զքարոզութի մարգարէին ։ Անքնին բարբառեցաւ 'ի բերան Եսայեայ մարգարէին, և ինքնին հնչեաց զհոգւոյն սբյ զազդեցութի. և իւր ընկալեալ իբրև 'ի մարգարէէն, ասէ ցհրէայսն, կեղծաւորք բարիոք ասաց վասն ձեր Եսայի. ոչ թէ Եսայի բարիոք ասաց, այլ դու Եսայեաւ բարիոք խօսեցար, և ամենայն մարգարէիւքն. և վկայէ զԶաքարիաս, որպէս խօսեցաւ 'ի բերան սրբոց իւրոց մարգարէիցն ։ Ոչ էին մարգարէիցն բերանքն, այլ հոգւոյն սբյ ազդեցութիւնն. որպէս եղէգն՝ ոչ զոր կամի գրէ, այլ զոր ձեռն հրամայէ. նոյնպէս և մարգարէիցն լեզուն՝ ոչ զոր կամէր բարբառէր, այլ զոր հոգւոյն սբյ ճոխութի տայր հրաման. վասն այսորիկ և զեղեցիկ իսկ համարին (համարիմ) զգուշութի աղաղա-

1 Իմբ չասարձրանանել. կամ չչարանալ, չզայրանալ։

flos virtusque ex divinis litteris est, fruitio autem pietatis ex labore virtutibus studentium hujusmodi favi Divinorum oraculorum alvearia fecit in animis. Beatus autem David postquam gustasset, quantum bonitatis sit pietas, personans clamavit in canticis Psalmorum, *Suavia sunt in palato meo verba tua supra mel oris mei.*

Caeterum non adeo laudo vestram promptitudinem, quantum Patris nostri liberalitatem omni invidia carentem admiror. Qui Divino amore florescens, caelestique gratia praeclarus compertus, tot et tantis modis irrigat Ecclesiam, atque hujusmodi civitatem Dei laetificat. Opportuno tempore convenit dicere verba Psalmi, *Gressus fluviorum laetificant civitatem Dei.* Qui tales sanctos lympidosque rivos producit, exiguas oris nostri guttulas vix detestatur. Hujusmodi nubes caelestibus pluviis madefacta, haud dedignatur pusillum stridorem nostrae linguae acceptare, sed collaudat vobiscum, atque ante vos concedit per intercessionem sanctae orationis suae nobis dicentibus dicere, et vobis auditoribus auditûs promtitudinem. Laudat autem proprium velut alienum, imitans Dominum suum Christum, qui sumens verba prophetarum (a se inspirata), praedicationem propheticam laudabat. Ipse locutus est in ore Isaiae prophetae, ipse Spiritus sancti inspirationem sonuit, et ipse accipiens tamquam a propheta, dicit ad Judaeos: *Hypocritae, bene dixit de vobis Isaias.* Non sane Isaias bene dixit, sed tu per Isaiam optime locutus es: sic et in omnibus prophetis, testante Zacharia: *Sicut locutus est in ore sanctorum suorum Prophetarum.* Non prophetarum erant ora (verba), sed Spiritus sancti inspiratio. Quemadmodum calamus non quod vult, scribit, sed quod manus jubet; ita et prophetarum lingua non quod sibi placeret, proferebat, sed quod Spiritûs Sancti auctoritas jubebat. Ideo pulchrum exi-

դանդաղանաց և քնոյ ծառայէ։ Այլ արդ զի՞նչ այն հանգոյն[1] նմանութի առակին կամի ցուցանել. և յարէ 'ի նոյն, եթէ և դուք խնդրեցէք, որպէս և նա ժամեցաւ խնդրել 'ի քնէածէն։ Մինթէ և դու ննջեցեր. ոչ ապաքէն անքուն բնութիւն ունիս. ոչ դքէն աղաղակելին մարգարէքն, եթէ ոչ նիրհէ, և ոչ ննջիցէ պահապանն իսրայէլի. և արդ զի՞նչ յայտ այնմ հանգոյն նմանութի առակին քո կամիցի յայտ առնել։

Մովսէս իսկ են բանք կենարարին 'ի նմանեացն զնմանիսն ընծայեցուցանել, և 'ի հակառակացն զհացին հակառակն ցուցանել. զայս և 'ի միւսում առակին յայտ առնէ, յորժամ երբեմն կամեցաւ 'ի հակառակէն զիւր յորդաբուխ բարերարութիւնն՝ զառատ և զեղուն շնորհսն, և զանձախ երախտաւորութիւնն յանդիման կացուցանել, այսպիսի օրինակ 'ի մէջ բերէր, որպէս այժմս լուաք։ Ո՞չ նախ այս քննեսցի, եթէ զի՞նչ կամի ցուցանել. յայտ լիցի, թէպէտ և օրինակն չիցէ նման, այլ փրկիչն զայն կամի առնել, եթէ զքնոյն ծառայ և զդանդաղանօքն պաշարեալ, և ընդ դրօքն փակելովք զվհատեալն յորդորեաց առնել և բանալ յամելեացն, և ժուժկալութեն յաղթեաց թախանձանացն, զանհդանդաղական բնութիւն՝ զքո̃յ ասեմ, որ ոչ թախանձութեն զգածէ, և ոչ քնոյ ծառայէ, չյորդորիցէ՞ առնել բանալ յամելեացն, որ Ճշմարտութեն այնմ օկիցեն։ և ո՞վ իցէ որ ընդ այնպիսի միտսն մարտ եդեալ կառուեսցի։ Այլ զի հաստատութեն ուսանիցիս, եթէ իւ հակառակ են, զնորին հակառակն ուսոյց. առակաւիկ մի 'ի խանարհ իջեալ՝ զնոյն օրինակ 'ի կիր արկանէ, զի 'ի հակառակէն զնորին հակառակն ցուցանիցէ։ Ո՞վ իցէ 'ի ձէնջ, ցոր խնդրիցէ որդի իւր հաց, միթէ քա՞ր տացէ նմա. և եթէ ձուկն, միթէ ընդ ձկանն օ՞ձ տացէ նմա. և եթէ ձու՝ միթէ ընդ ձուոյ կարի՞ճ տացէ նմա։ Իսկ իբրև 'ի մարդկեղէն համեմատութենէ զլաւադոյնն Աստուծոյ, ասա ասէ, զի եթէ դուք՝ որ չարքդ էք, գիտէք պարգևս

1 Թերևս, անհանգոյն. կամ այնմ հանգոյն, որպէս զնի զինի։

tite, sicut ipse petere a somnolento praesumpsit. Numquid et tu dormis? nonne natura insomnis es? Non de te clamabant prophetae, quod *non dormitat, neque dormit custos Israel*? Quid ergo illi simile manifestare similitudo parabolae vult?

Solent verba Salvatoris ex similibus consimilia commendare, et ex contrariis contraria eorum ostendere. Hoc in altera quoque parabola palam facit; quum aliquando voluit ex contrario suam copiosam beneficentiam, superabundantemque gratiam, et indeficientem gratitudinem demonstrare, hujuscemodi exemplum adducebat, sicut nunc audivimus. Sed primum id examinetur, quid ostendere velit. Notum esto, quod etsi exemplum non simile sit, verum tamen Salvator illud dicere vult, quod si vel ipsum somni servum morosumque atque ostiis clausis inertius jacentem ad satisfaciendum patienter exposcenti exhortatus est, ita ut per perseverantiam vicerit molestiam, moram ergo nescientem naturam, Dei inquam, qui non molestia afficitur, neque somno servit, satisfacere perseverantibus, qui in veritate vigilent apud eum, non exhortabitur? Ecquis cum tali sententia pugnabit resistens? Ut autem constanter edocearis, quonam opponantur, ejusdem contrarium edocuit; quum paullo inferius hocce utitur exemplo, ut ex contrario contrarium demonstret. *Quis est ex vobis, quem exposcat filius suus panem, numquid saxum dabit ei? Sin autem piscem, an pro pisce anguillam dabit ei? si vero ovum, num pro ovo scorpionem dabit illi?* Quum autem ex humana comparatione meliora asseruerit, deinde dicit: *Quod si vos, qui mali estis, nostis dona bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester caelestis dabit bona petentibus se*? Viden' quomodo ex

բարիս տալ որդւոց ձերոց, ո՞րչափ ևս առաւել Հայրն ձեր երկնաւոր տացէ բարութիւս այնոցիկ որ խնդրեն զնա: Տեսանես, զխորդ 'ի համեմատութենէ հակառակին զնորին հակառակն եցոյց:

Որպիսի ինչ առակ և այլ ուր 'ի կիր արկանէ: որպէս և յառաջագոյն իսկ ասացի. և եթէ զի՞նչ իցէ, և որպիսի՛ զօրութիւն ունիցի, կարևոր համարիմ ասել: Դատաւոր մի էր ասէ 'ի քաղաքի միում, ոչ յԱյ երկնչէր՝ և ոչ 'ի մարդկանէ ամաչէր, և այրի մի հանապազ յամեալ թախանձէր զնա, և չկամարէր ինչ երբէք. քանզի մի խստութեն և զԱծ չճանաչելոյ՝ չգայր յաղերս պաղատանացն: Նայց յաղթեաց յամելն անպատգորոյն խստութեանն. ասէ ընդմիտս դատաւորն անիրաւութեան, եթէ յԱյ չերկնչիմ, և ոչ 'ի մարդկանէ ամաչեմ, վասն աշխատ առնելոյ զիս՝ եղէց նմա վրէժ խնդիր: զայս առակն ասէ: Իսկ կենարարն 'ի հակառակէն զնորին հակառակն կամեցաւ ցուցանել, ածէ վաղվաղակի զնովիմբ: Տեսէք ասէ զի՞նչ ասաց դատաւորն անիրաւութեն. իսկ Ած ո՞չ առնէ վրէժխնդրութիւն այնոցիկ՝ որք կարդայցեն առ նա. եթէ զանիրաւն և զանագորոյնն ած 'ի հաւան՝ տալ բաւել և յամել այրւոյն, զքաղցրն և զյաճախագութ հայրն և զմարդասէր Ածն՝ տալ բաւել յամելեացն չխոնարհեցուցանէ՞ յաղերս և յաղօթս: զայս այսու առակաւ եցոյց: զոյն և այժմուս ճառէ: Ես ձեզ ասեմ, խնդրեցէք և առնուցուք, բախեցէք և բացցի ձեզ. ըստ օրինակի բարեկամին՝ որ բախեաց զդուրսն, և ասէ, բարեկամ բաց ինձ. բախեցէք և դուք, և բացցի. հայցեցէք, և գտանէք:

Այլ յորժամ խնդրեսցես յԱյ՝ զմտաւ ած, եթէ զի՞նչ պարտ է խնդրել, և յորպիսի՛ ումեքէ. քանզի բազումք աղգի աղգի ինչ կարծիք կարծեն զԱյ յաղօթս. յորժամ վասն իւրեանց մեղաց աղաչիցեն, քաղցր և մարդասէր կամին զԱծ. և յորժամ վրէժխնդրութիւն 'ի զրկչացն կոչիցեն, խիստ և սաստիկ և արդար դատաւոր: Յորժամ վասն իւր ոք յաղօթս կայցէ, աղաչանաց և աղերսից բարբառս առաջի դնէ, որք կարեն զԱծ 'ի հաւան ածել. աղա-

comparatione contrarii contrarium ejus probavit?

Hujusmodi parabolam et alibi usurpavit, ut jam dixi: quae autem illa sit, quamque virtutem habeat, necesse existimo dicere. *Judex quidam erat,* ait, *in quadam civitate, qui nec Deum timebat, neque hominem reverebatur.* Vidua autem quaedam perseverans assiduo eum postulabat; nihil tamen resolvebat: propter enim duritiam et Dei ignorantiam, non ad exaudiendam supplicationem adducebatur. Vicit tamen perseverantia incrudelem duritiam. *Dixit enim intra se judex iniquitatis: Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor, saltem quia molesta est mihi (haec vidua), vindicabo illam.* Salvator vero ex contrario contrarium volens probare, illico subjungit: *Videte,* ait, *quid judex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam clamantium ad se?* Si iniquum immanemque suasit perseverantia viduae, dulcem et misericordiae plenum Patrem benignissimumque Dominum perseverantia expectantium in miserationem non inclinabit? Hoc ergo per istam parabolam probavit. Idem et impraesentiarum agit. *Et ego vobis dico, petite, et accipietis, pulsate, et aperietur vobis.* Juxta exemplum amici pulsantis ostium, dicentisque, amice, aperi mihi, pulsate vos quoque, et aperietur, quaerite, et invenietis.

Caeterum quando petas a Deo, perpende quid et a quonam petere oporteat. Siquidem multi varias opiniones de Deo in oratione mente volutant. Quum propter propria peccata rogent, dulcem humanumque volunt Deum: quando vero ad vindictam de injuriosis invocabunt, durum acerbumque et justum judicem. Dum pro se quis oret, rogationis supplicationisque vocem edit, qua possit Deum persuadere; quaeso, inquiens, Domine, miserere mei indigni; quoniam suavis es, et

չեմ՝ ասէ՝ Տէր, ողորմեաց անարժանիս. քաղցր ես և
բարերար, և մարդասէր, որ չհայիսդ 'ի մեղս, և ան-
սես առնես զյանցանս. եթէ զանօրէնութիւնս խորհի-
ցես, ո՞ կարէ ժուժկալ լինել առաջի քո. այլ ընդ
իս ըստ ողորմութեան քում: Զայս ամենայն ա-
սեն, յորժամ 'ի վերայ անձանց աղօթս մատուցանի-
ցեն: Իսկ յորժամ տրտմեալ 'ի թշնամեացն՝ գայցէ
կալ յաղօթս, զայսպիսի բանս մոռանայ, և յայլ
միտս շրջէ զպապատանս. տէր ասէ՝ արդար դատաւոր
ես, և չեն քեզ հաճոյ չարիք. արա վրէժխնդրութի
'ի թշնամեաց իմոց, զի դատաւոր արդարութե ես.
մի լինիր երկայնամիտ նեղչացն, այլ իբրև զարդար
դատաւոր խնդրեա զարդարութի:

Յորժամ զքեզ դատիցիմ, քաղցր և բարերար
կամիս զիս. և յորժամ զքո թշնամին, արդար և ա-
նաչառ: Ծառայն զառաջին աղօթսն. ո՞չ իբրև առ
քաղցր կարդայիր, ո՞չ որպէս զմարդասէր ածէիր 'ի
հաւան, ո՞չ իբրև զերկայնամիտ աղաչէիր: Իսկ զիա՞րդ.
միթէ ըստ ձերո՞ց կամաց պարտիցիմ զանձն իմ բա-
ժանել, և ընդ ձերոց հաճոյից փաձառել զարդարու-
թի. այլ չէ՞ մարթ՝ քեզ 'ի բարերարութենէն զբա-
րիս եւեթ գտանել, և քոց թշնամեացն յարդար դա-
տաւորութենէս զարդարութեան միայն վճիռս. զի
բարերարն՝ առ ամենեսեան բարերար է. և արդար
դատաւորն առ ամենեսեան պարտի պահել զարդա-
րութի: Պուցէ մինչ հակառակ թշնամեացն կայցես
յաղօթս, ընդ քեզ զայրացուցանես զդատաւորն:
Զիա՞րդ: Արդար դատաւորն զքոյն և զայլոյն հա-
սարակ քննէ. որպէս՝ թէ իբրև զարդար հակառակ
թշնամեացն կոչեսցես, հա՞րկ է զի և ընդ քեզ զըր-
գռեսցես զդատաւորն. իսկ եթէ իբրև զբարերար
աղաչեսցես վասն քո, ապա առ ամենեսեան բարե-
րար լինիցի, թէպէտև դու չկամիցիս: Այս արդ՝
պարտ է այնմիկ՝ որ յաղօթս կայցէ, խնդրել զայն
իմն՝ որ այ հաճոյ իցէ. պատշաճ է աղաչելեացն,
յորում իմիք ած հանդչիցի՝ զայն աղաչել. զի թէ
կենարարն յորժամ առաց, հայր, եթէ հնար ինչ
իցէ, անցցէ յինէն բաժակս, յարեաց 'ի նոյն վաղ-
վաղակի. բայց ոչ որպէս ես կամիմ, այլ որպէս դու.

benignus humanusque, qui non aspicis in peccata, et despicis delicta. *Si iniquitates observaveris, quis potest sustinere coram te? Fac mecum secundum misericordiam tuam*. Haec omnia repetunt, dum pro seipsis preces fundunt. Quando vero quis tristitia adfectus ab inimico veniat ad orandum, hujusmodi verborum oblitus, in aliam sententiam supplicationes convertit. Domine, inquit, justus es judex, displicentque tibi pravitates; vindictas cape ex inimicis meis, judex enim justitiae es: noli longanimis esse affligentibus, sed sicut justus judex reposce justitiam. (Quid ad haec Deus?)

Quando te judicaturus sim, dulcem benignumque me cupis: quando vero tuum inimicum, justum ac severum. Oblitusne es priorum precum? Nonne tamquam ad suavem invocabas? non sicut humanum placabas? non sicut longanimem rogabas? Quid ergo? An secundum placitum vestrum meipsum dividere debeam, atque ad libitum vestrum justitiam vendere? Sed non poteris a mea beneficentia tibi bona tantum assequi, et pro inimicis tuis a justo judicio meo justitiae tantum sententiam: namque beneficus, in omnes est beneficus, et justus judex in omnes debet servare justitiam. Cave, dum contra inimicos oras, in te exacerbes judicem. Quomodo? Quoniam justus judex tuum ac alienum jus aeque examinat; ita ut si tamquam justum adversus inimicos appelles, necesse est, ut in te quoque judicem irrites; sin autem tamquam benignum rogabis pro te, in omnes utique benignus erit, etiam si nolis. Oportet ergo orantem id petere, quod Deo placuerit. Convenit supplicantibus id orare, in quo Deus quiescat. Quod si Salvator quum dixit, *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste*, subjunxit statim, *tamen non sicut ego volo, sed sicut tu*, tunc homo furens propriam voluntatem praefers, et non ejus voluntati te commendas?

և դու այր մի վայրենեալ՝ զանձի՞նդ կամիս ընտրել, և ոչ 'ի նորա կամսն ապաստան առնել:

Այլ արդ յայսմիկ ածցուք զբանն. քանզի գիտեմ, եթէ զայս իսկ պահանջէիք. և տեսանեմ զձեզ խռնեալս, և նեղեալս, և փափաքեալս բանին ունկնդրութե. այլ մխիթարեցարուք, զի եկեալ հասեալ եսայի՝ տացէ քաջալերս, եթէ ընդելարուք ընդ նեղութիւնդ անձկացեալքդ 'ի լսել. Բարիո՛ք ասաց նա, բարիո՛ք լուարուք և դուք ամենեքին, նեղեալքդ՝ ընդարձակեալք դիւրացեալք հոգւով. զի աստի նեղութիւնդ 'ի բազում նեղութեանց լինիցի ձեզ դիւրութի: Որ վասն այ քրտունս կրեսցեն յանձինս, զամենայն զցաւս մեղացն փարատեն. զի եթէ որ 'ի մարմնոյ քիրտն ծնանիցի՝ փարատէ զցաւս, իսկ այնպիսի քրտունքն՝ զոր վասն այ և վասն պատգամաց նորա, յաղբիւրէ փափաքանաց՝ զոր մատուցեալ էք լսել, վիժիցեն, ոչ ապաքէն միանգամայն զամենայն մեղսն իսկ լուանայցեն: Այլ որ ինչ առաջի կայ՝ յայն երթիցուք. քանզի գիտեմ զի զնշխարս բանին պահանջէք: Բազումք իբրև զբարեկամս փափաքեալ խնդրեն, և բազումք պատճառս որսան, և խօսել մտաբերեն. քանզի ոչ եթէ անց զմեօք բազմացն աղարտութի, որ զմեզ խօսել կամին, եթէ առ անկատարութե ինչ առանց քննութե թողաք զբանն: Բայց ես ընդ այնպիսեացն զարմանամ, ոչ ընդ բամբասանսն, այլ ընդ տարաժամութի: Մեղադիր լինիս, որպէս թէ փոխ ետուր և չառեր զփոխորդին. մինթէ յորժամ պահանջէիր զբանն՝ յուրանա ինչ 'ի լուծմանէն կայի. մինթէ ա՞յլ ոք արկ զխնդիրն առաջի, և ես 'ի բա՞ց մերժեցի. ես ինձէն խոստացայ, և ես ինքն մոռացայ. եթէ այդպէս իցէ՝ մեղադիր լեր կարեաց քննութես, և մի՛ եպերեր զբանին պատմութի. զի թէ և անցանէր զմեօք պատմութիւն, նա և այնպէս ոչ տկարութի բանին եղծանէր զզօրութիւն խնդրոյն. քանզի ոչ եթէ յիմմէ անկարութենէ վտարանդի լինին իրաւունք ճշմարտութեան, զի և յայտնի իսկ են պատճառք իրացն, որ կան առաջի. բայց յաճախութի բանիցս ասացելոցս այսօր անդր մաղեցին զմիտս՝ հեռանալ 'ի խնդրոյն որ առաջի կայր:

Nunc itaque huc referamus sermonem; satis enim conscius sum, quod hoc ipsum postulabatis; et vos confertim concurrentes, et angustia pressos, atque verbum auscultationis optantes aspicio. Sed consolamini, quia ecce vos Isaias confortabit, *Consuescite*, inquiens, *angustiis anxii ad audiendum*. Bene ille dixit, bene audite et vos omnes angustia pressi, dilatati scilicet et refecti animis; praesens enim angustia a multis angustiis in laetitias vos transferat. Qui propter Deum sudorem in se praeferunt, omnes dolores peccati expellunt: si enim sudor in corpore natus morbum expellit, hujusmodi ergo sudores, quos propter Deum atque oraculorum ejus fidem ex fonte desiderii, quo accessistis ad audiendum, aliquis vestrum expresserit, nonne omnia peccata simul abluent? Sed ad propositum pergamus; scio enim quod verba, quae remanent, postulatis. Plurimi tamquam amici cupientes quaerunt, plures autem causas aucupantur, vituperare cogitantes. Non enim praeteriit nos multorum improbatio, qui nos arguere volunt, si ob imperfectionem aliquam ad trutinam non redactum verbum reliquerimus. Ego tamen illorum miror non obtrectationem, sed importunitatem. Inculpas, quasi vero mutuo dedisti, et non accepisti mutuatum. Numquid siquando exposcebas verbum, solutionem negavi? Anne aliquis proposuit quaestionem, et ego rejeci? Ego ipse pollicitus sum, atque ego ipse promissi oblitus sum. Si ita est, incusa vitium naturae, ne autem vitio verbi enarrationem convertas. Quoniam etsi praetervolasset nos narratio ipsa, neque sic infirmitas sermonis vim quaestionis depravasset; non enim ob meam imbecillitatem captivatur jus veritatis. Siquidem manifesta quoque est rerum praesentium ratio: attamen copia dictorum huc illuc mentem cribrarunt, ita ut a proposita quaestione recederet. Quae ergo tunc invitus omisi, nunc ultro debitum ejus persolvam.

Նոյն արդ՝ զոր յայնժամ թողի ակամայ, այժմ հա-
տուցից կամաւ զնորին պարտսն ։

Նաև յորժամ հատուցանիցեմ, դարձեալ կաս-
կածեմ, զի նոր ինչ և չքնաղ տեսանեմ 'ի ձեզ ար-
քայութիւն. արքայութիւն որ ոչ զմիտս յապուշ կրթի-
ցէ, այլ ևս քան զևս զյիշատակն յորդորիցէ. և զի
գործ արքայութեան զուշն յապուշ տանէ՝ ամենեքին
գիտէք. իսկ դուք աւադիկ եղբարք, որչափ և ար-
քենայք ա̃ծային բանիւն, ևս քան զևս զուշն յապուշ
'ի բանս մերժէք, և զա̃ծեղէն յիշատակսն 'ի սեղ-
ւոջ տնկէք ։ Նոյն այն իսկ են զարմանալիք, զի մա-
տուռակս արբեալ առաւելութի̃ սպասաւորութեան
ծանրանան, և դուք որ այդչափ զսարկաւորանս ա̃ծե-
ղէն բանիւն քամեցէք, և յետ արքայութեան ծարա-
ւի էք, և պահանջէք զնշխարսն բազում հաւա-
տեօք ։ Արդարև զհոգևոր արբելոց բանս հատանէ
լսել ։ Բաժակն ո՞ր (կամ ու՞ր) է ասեն, բաժակն
ճ̃կաց, զբաժակն չմեկնեաց, զբաժակին բանի չհա-
տոյց զպարտս ։ Սիրեմ զքեզ՝ որ զք̃ի բաժակին փա-
փաքեալ ես. սիրեմ զքեզ՝ որ խնդրես զնշխարն.
սիրեմ զքեզ՝ որ վասն գեղեցիկ արքայութեան չկա-
միս կորուսանել զմի բաժակն ։ Նոյն կարի իսկ յիրա-
ւի. քանզի 'ի մարմնաւոր խրախութիս զմի բաժակ
որ անցուցանիցէ վասն համեստութեան, զարմանալի
է. իսկ յա̃ծեղէն ուրախութեան և յերկնաւոր սե-
ղանն որ չթողուցու ինչ յայնցանէ՝ որք 'ի փրկութե̃
արքայութի̃ ձգիցեն, այլ միանգամայն որ զողորքիցի
և քաղցնուցու, և արբենայցէ, և ծարաւիցէ, նա
է որ արդարև յաւիտենից փրկութեան յագեսցի ։
Նոյն արդ երանի տամ ասողաց և լսողաց. լսողացդ՝
քանզի ծարաւի են լսելոյ. որպէս և փրկիչն ասէ,
Երանի որ քաղցեալ և ծարաւի իցեն արդա-
րութե̃, զի նոքա յագեսցին. և ասողաց՝ զի զա̃ծե-
ղէն վարդապետութիւն 'ի կենդանի ականջս հնչեն.
Երանի որք խօսեսցին յականջս լսողաց ։ և արդ եկեա-
ցուք 'ի բանն ։

Հայր, ասէ, եթէ հնար ինչ իցէ, անցցէ յինէն
բաժակս ։ Բազում խնդրոք լի է բանս, և բազում
սաստիկ ախտս բերէ հերձուածողացն. ոչ առ 'ի չա-

Verum nunc etiam rependere volens, iterum timeo, quoniam novam et mirabilem in vobis ebrietatem video. Ebrietas sane est, quae non mentem in stuporem vertet, sed magis ac magis memoriam excitabit. Quod autem ebrietas memoriam immemorem reddat, omnes conscii estis: vos autem, Fratres, quantumvis inebriamini Divino verbo, magis ac magis stupiditatem rejicitis, et divinam memoriam ejus loco inseritis. Et hoc ipsum est mirum, quod pocillatores plus aequo bibentes in ministerio gravantur; vos autem qui tot crateres divino verbo repletos exhausistis, etiam post inebriationem sititis, et nimis accurate, quae remanent, postulatis. Profecto spiritualiter inebriantium verba audire est: Calix ubi est, ajunt? Calix remansit, calicem non exposuit, sermonis de calice debitum non solvit. Diligo te Christi calicem sitientem, diligo te reliquias quaerentem; amo te, qui propter laudabilem ebrietatem perdere unum calicem non vis. Jure meritoque. Siquidem in corporali convivio qui unum calicem propter temperantiam non bibere curabit, mirabilis est: qui vero in divinis epulis caelestique mensa non quidquam omittat eorum, quae in salutis ebrietatem conducant, sed simul expletus fuerit, atque simul esuriat, inebriatus simul atque sitibundus sit, ille est qui omnino aeterna salute saturabitur. Beatos itaque dicam tam dicentes, quam audientes. Audientes quidem, quia sitiunt auditum; quemadmodum Salvator ait: *Beati, qui esuriunt et sitiunt justitiam; quoniam ipsi saturabuntur*. Dicentes vero, quia divinam doctrinam in viventibus auribus haustam ex ore emittunt: vere enim beati sunt, qui loquuntur in aures audientium. Veniamus itaque ad verbum ipsum.

Pater, ait, *si fieri potest, transeat a me calix iste*. Multis quaestionibus confertum est hoc dictum, magnasque angustias fert haereticis; non quia male quo-

բաշար ինչ տանել, այլ 'ի չարաչար իմանալոյ՝ զայն, եթէ հնար իցէ ։ Ոմանք անվրէպ իմն առանց անցանելոյ հրամանս կարծեցին 'ի համբաւեալ Սողոմոնէն, որ է բանիւ, և բաշխ, և յառաջադրել անուն ծննդեանն հարկէ, եթէ այնպէս իւրաքանչիւր ումեք բաշխեալ ինչ իցէ 'ի ծննդենէ ։ Եւ ոմանք այլազգ թշնամանեն զպատիւ միածնին ։ ծառայաբար հնազանդութի իմն կցկցեն որդւոյն հօր ։ քանզի ընդ իշխանութե առեն հօր էր, վասն այնորիկ արկանէ զայնպիսի պաղատանս ։ Որ բան պատշաճ է մեզ զխնդիրս լուծանելոյ, որ միտք բաւական իցեն ըղբաղմահունչ հերձուածողաց առասպելս աւերծանել ։ չմարթի այլ ուստեք, եթէ ոչ անդստին 'ի ճշմարտութենէն ուսանել ։ Ոն ան, յածեղէն բարձրունս ընթասցուք, անդ 'ի վերին կենարարին տնտեսութի, որ զամենայն առնէ, և զբնաւ բարբառի, ոչ միայն ըստ պատուոյն՝ որ նմա վայել է, այլ և զանտեսութենն որ մեզ պատշաճ է ։ Եւ զի կարճառօտս կարեցից, քանզի միշտ համառօտս սիրեմ հատանել, և զբազումս սակաւուք առնուլ, յառաջագոյն գիտէր կենարարն, եթէ կարի կարևոր են չարչարանքն, յառաջագոյն ճանաչէր՝ եթէ 'ի փրկութի աշխարհի հաստատի խաչն ։ մահ կշտամբի, և յարութի մատակարարի ։ և այնպէս գիտէր, մինչև յառաջագոյն ասէր ցաշակերտսն, ահաւասիկ ելանեմք յերուսաղէմ, և որդի մարդոյ մատնեսցի 'ի ձեռս մեղաւորաց, և ձաղեսցեն զնա, և խաչեսցեն, և յերիր աւուր յարիցէ ։

Այս բարբառ ա̃յ է, որ յառաջագոյն գիտէ ըղհանդերձեալսն ։ ա̃յ՝ որ կանխէ քան զփորձ իրացն ։ գիտութե ա̃յ՝ որ զմարդկեղէն իրս մատակարարիցէ ։ Ընդրէն ձայնատու լինի նմա առ այս պետրոս, զընդացեալ խնայեալ 'ի մարմինն ։ քաւ լիցի առէ, տէր, մի լիցի քեզ այդ ։ Եւ առ այն զի՞նչ կենարարն ։ զայրանայր ընդ տարաժամ գութն ։ եպերէր զանժամ խնամսն ։ յետս երթ յինէն սատանայ, զի ոչ խորհիս դու զա̃յ, այլ զմարդկան ։ Նարուձք պատահէ բանին ։ և դու քննեա և դէտակն 'ի վերայ դիցես ։ զի թէ ընկ բանիցն ծառայեսցես՝ զբազում ինչ

dammodo profertur, sed quia male illud intelligitur, *Si fieri potest*. Nonnulli inevitabile quoddam atque irremeabile decretum autumarunt, famosam illam τὴν εἱμαρμένην, quae est fortuna, sors, fatumque, et fabulosum nomen genethlialogiae, tamquam necessitas quae unicuique ab ipsa nativitate distribuatur. Quidam vero aliter honorem Unigeniti offendunt, obedientiam quamdam servilem Filio ad Patrem assuentes; quoniam sub potestate, ajunt, Patris erat, propterea hujusmodi preces fundit. Quodnam verbum convenit nobis, ut quaestio haec exsolvatur? quae mens sufficiens est ad multisonas haereticorum fabulas refellendas? Fieri aliunde non potest, nisi ut ab ipsa veritate edoceamur. Agedum ad divina excelsa curramus, ad ipsam Supremam Salvatoris dispensationem; quae omnia facit, omniaque loquitur; non solum secundum dignitatem, quae eum decet, sed etiam secundum dispensationem, quae nobis convenit. Ut autem brevibus verbis aggrediar, semper enim compendiose agere me delectat, et plura paucis comprehendere, jam praesciebat Salvator, quod valde utilia ac necessaria esse debébant illa, quae passurus erat; jam praenoscebat, quod in salutem mundi erigitur crux, mors convincitur, et resurrectio praestatur. Ita autem praescius erat, ut praedixerit ad discipulos: *Ecce ascendimus Jerosolymam, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum, et irridebunt eum, et crucifigent; tertia autem die resurget*.

Haec vox Dei est praescientis futura, Dei praevenientis experimenta rerum, Dei disponentis sua scientia res humanas. Reponit illi statim Petrus, parcens ob suam commiserationem corpori. *Absit*, ait, *Domine, ne fiat id tibi.* Quid autem ad haec Salvator? Exacerbatur de inopportuna commiseratione, inconsultam curam vituperabat. *Recede a me Satan, non enim cogitas quae Dei sunt, sed quae hominum*. Optime occurrit verbo. Tu autem examina, et attente perspice: quoniam si verbis tantum servies, multa evertis de illis quae ad Salvatorem pertinent; non solum imbe-

խախտես զկենդանութիւն․ ոչ միայն տկարութիւն, այլ
եւ աստուածութիւն խորհրդոց բամբասես ։ Ո՛ Տէրդ
բարերար, յորժամ պետրոս ըղձանայր, թէ քաւ-
լիցի, զի մի՛ 'ի խաչ ելանիցես, դու նախատեցեր․ եւ
արդ դու զնոյն աղաչես՝ որում մեղադիրն լինէիր․
որ ոչ Այ միայն չվայելէր, այլ եւ ոչ մարդոյ հաստատա-
նոյ ։ Ո՞վ գովէ զզօրաւոր, որ յառաջ քան զպատե-
րազմ բազում ինչ խօստանայ, եւ մերձաւ հասմա-
ձակուք ընդդէմ թշնամւոյն դողայցէ, եւ 'ի խառ-
նուրդս ճակատուցն 'ի փախուստ դառնայցէ, եւ վա-
տութբ զզօրութիւնն աղարտիցէ ։ Մինչեւ եկեալ
քո 'ի չարչարանս, զայն որ քաւէրն զնա 'ի չարչա-
րանացն, ասէր, Երթ յինէն սատանայ, զի ոչ խոր-
հիս դու զԱյ, այլ զմարդկան․ եւ որ անարժան այս-
պիսի խորհրդոյ՝ Այ համարէր, ինքն իւր արդեօք
զնոյն ընդանեցուցանէր, եւ աղօթս վասն այնորիկ
առնէր ։ Ո՛հ անմտութեն, մանաւանդ եթէ ամբար-
հաւանութեն այնոցիկ որ լոկ բանիցն ծառայեսցեն,
եւ զամենայն յախուռն յանդգնեցին, եւ զմ̃ծականն
այլ ընդ այլոյ ժպրհիցեն մեկնել․ եւ զայն չկամիցին
դիտել, եթէ լոկ զբանս ընդունելով՝ ոչ միայն քան
զհայր խոնարհագոյն ցուցանեն զնա, որպէս փու-
թանն, այլ եւ քան զբազում իմաստունս եւ արդարս՝
նուաղագոյնս, եւ թէ ընաւ իսկ չունի զհաստատու-
թն մարդկան ։ Ո՞ր իմաստուն կամ արդար, կամ
այլ ոք ամենեքին 'ի մարդկանէ 'ի քաջութիս վկայեալ՝
ուրանայցէ զանձին առաքինութն, եւ թշնամանիցէ
զխոստացեալ եւ զյառաջագոյն խոստացեալ զօրու-
թիւնն ։ Ո՞ այնպէս վատթար եւ ապաժաման կայցէ,
մինչեւ զայլ խիզախել եւ յանձն առնել, եւ զայլ խոր-
հել, եւ 'ի փորձոյ իրացն զանգիտել ։ Որ մահ սպառ-
նայր մահու, եւ զյարութե աւետիսն տայր, ինքն
զիա՞րդ էր՝ զի զանգիտէր 'ի խաչէն ։ Ո՛ այս ամենայն
ասացի առ 'ի յանդիմանութի այնոցիկ՝ որք բանիցն
ծառայիցեն, եւ զՔն̃ թշնամանիցեն, եւ զճշմարտու-
թին վաճառիցեն ։ Եւ արդ՝ զի՞նչ յայտ ընդդէմ
հակառակութն բանիցն կամիցի առնել, յորժամ
ճշմարտութին անձին միաբան զտանիցի համապատ․
եւ զի՞նչ ընաւ միաբանութն ճշմարտութեն առ կա-

cillitatem, verum etiam vacillationem consiliorum arguis. O tu bone Domine! quum Petrus anxius erat, *absit*, inquiens, ne in crucem ascendas, tu corripiebas: nunc autem tu id rogas, de quo inculpabas? quod non Deo tantum, sed homini quidem constanti non conveniebat. Quis laudabit Ducem, qui ante praelium multum promittat, magnaque fiducia contra hostem intonet; acie autem commixta, fugam capessans, per inertiam fortitudinem diruat. Antequam Christus pateretur, eum qui curabat ipsum a tantis doloribus salvare, confutans, dicebat: *Recede a me Satan, non enim cogitas tu quae Dei sunt, sed quae hominum:* et qui hujuscemodi consilium indignum Deo judicabat, ipsene sibi illud familiare reddebat? O insipientiam, imo arrogantiam eorum, qui solis verbis inserviunt, et omnia audent inconsulto, atque divinas res praepostere interpretari praesumunt. Neque illud volunt scire, quod mera verba sibi conciliantes, non solum Patre inferiorem eum ostendunt, sicut student, sed etiam multis sapientibus justisque humiliorem; ita ut nullatenus constantiam habeat humanam. Quis sapiens aut justus aut aliquis umquam ex hominibus ob fortitudinem celebratus, denegabit propriam virtutem, et offendat promissam jamindeque jactatam vim? Quis tam vilis ac animo destitutus erit, ut aliud jactet acceptetque, et aliud animadvertat, experimentumque rerum metuat? Qui mortem minabatur morti, et resurrectionis annunciationem exhibebat, quomodo ipse timere crucem debebat? Haec omnia dixi ad refutationem illorum, qui verbis serviunt, Dominumque injuria adficiunt, et veritatem vendunt. Quid ergo manifestare vult verborum controversia, quando veritas sibi ipsi concordans semper comperiatur? aut quaenam societas veritatis cum dissidio verborum intelligenda sit? Verba quidem pugnant inter se, sed concordia divinorum oraculorum constans permanet. Solutionem itaque quaestionis propositae mihi convenit indefesso animo exponere, et vobis studioso animo audire.

բանիցն իմացի ։ Նանք արդարև կաւլին իսկ ընդ-միմեանս, բայց միաբանութիւն անձեղէն պատգամացն կայ միայ հաստատուն. և արդ զլուծումն խնդրոցս՝ որ առաջի կայ, ինձ աշխատասէր բարիոք (բարուք) պարտ է ասել, և ձեզ ուսումնասէր միտք լսել ։

Յորժամ տէրն ՚ի խաչելութիւն մերձեցաւ՝ ՚ի կատարումն ամենայն անօրէնութեան, յառաջագոյն դիտէր երանելին և միայն հզօրն, թագաւորն թագաւորաց և տէրն տէրանց, եթէ բազում հերձուածողք ընդդէմ ճշմարտութեան յառնելոց են, և որոշեսցեն զանձեղէն չարչարանսն, և օտար զգործս ստաբանիցեն. և մանաւանդ անուանակիցք մոլորութեանն [1], զմանիքեցւոց աշակերտացն ասեմ, որ և յանդգնեցան ասել, եթէ ստուեր իմն և առ աչօք ցնորք էին քմի չարչարանքն. որպէս թէ և ոչ մարմին իսկ առ, և խաչն կերպարանօք էր, և մարմինն ստուեր ինչ էր և նմանութիւն, և ամենայն իսկ մատակարարեալքն կերպարանօք, և հովանի, և ցնորք, և առ աչօք էին, վասն այնպիսի հերձուածողական մոլորութեանն՝ զմանիքեցւոց աշակերտացն ասեմ, զի յառաջագոյն կարկեսցէ զբերանս հերձուածողաց, և յայտ արասցէ՝ եթէ զայս մարմին, որ ընդ բազում կարեօք մատնէ՝ զգեցաւ. որ զանգիտէս ՚ի չարչարանաց, որ դադայս ՚ի բնութէ մահու, որ խռովիս և դողայս ընդ վախճան կենաց [2], այժմ ասէ, անձն իմ խռովեալ է. և դարձեալ՝ եթէ անձն իմ տրտում է մինչև ՚ի մահ. և դարձեալ՝ եթէ հնար ինչ իցէ, հայր, անցցէ յինէն բաժակս ։ Եթէ ստուեր և առ աչօք և ցնորք էին, ընդէ՞ր խռովէր. եթէ կերպարանք ինչ իւրքն էին որ գործէին, վասն է՞ր զանգիտէր. քանզի ՚ի ստուերէ ոք չերկնչի, և ոչ ՚ի լոկ կերպարանաց խռովի ։

Ասմիս, զի և ՚ի պատմութենէ իմեքէ ցուցից հաստատագոյն զճշմարտութիւն ։ Մտին հրեշտակք ՚ի սո-

1 Զի մանիա յունարէն նշանակէ մոլեգնութիւն ։

2 Զայս հաստատեն բերէ և յհ. իմաստասէր ՚ի ճառն ընդդէմ երևութականաց. համար. 40 ։ որպէս և ժողովն հռովմայու առ մարտինոսիւ ա. զորոյ յունարէնն եդաք ՚ի սկիզբն գործոյս ։

(1) Furor Graecis dicitur

Cum proximum esset tempus quo Dominus cruci erat figendus, ut omnem dispensationem perficeret, jam praescius erat beatus ille et solus fortis Rex regum Dominusque dominorum, quod plurimi haeretici insurgent contra veritatem, et sejungent divinam dolorum tolerantiam, et aliena ab ipso esse opera illa mentirentur; maxime cognomen furoris praeseferentes [1], Manichaeorum auditores dico; qui etiam ausi sunt dicere umbram et phantasma fuisse illa, quae Christus erat passus, quasi vero neque corpus quidem sibi sumpserit, et crux specie tenus fuerit, et corpus umbra quaedam ac similitudo; atque simpliciter omnia dispensationis facta species, spectrum, umbra, et mera phantasmata sint. Itaque propter haereticalem furorem, puta discipulorum Manichaeorum, ut praeveniens [2] obstrueret haereticorum ora, atque manifestaret hanc nostram induisse carnem, quae varias subiit adfectiones, quae pavet dolores, quae tremens timet vim mortis, quae turbatur ac terretur de fine vitae, dixit [3]: *Nunc anima mea conturbata est;* et rursum, *Tristis est anima mea usque ad mortem:* atque iterum, *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste*. Si umbra et phantasmata essent, cur conturbatus erat? si species sive spectrum fuisset quod agebatur, quare pavebat? nemo enim umbram timet, neque a mera specie conturbatur.

Visne, ut etiam ex aliqua historia firmiorem demonstrem veritatem? Ingressi sunt Angeli Sodomam; ho-

Mania.

(2) Locus citatus apud Jo. Philos. Patriarcham Arm. in orat. contra Phantast. n. 40. a nobis edita Arm. et Lat. A. D. 1816. sicut etiam in Concil. Rom. sub Martino I. in nomine Severiani nostri Gabalensis. Gr. Lat.

(3) Vel, in vitae termino dixit.

դամ. մարդիկ երևէին երեսօք, և հրեշտակք էին բնութբ. յանդգնեցան սոդոմայեցիքն բռնադատել զնոսա իբրև զարս յաղտեղութի, և յանարժանից խարդաւանութի։ Իսկ արդ՝ զի՞նչ գործէին հրեշտակքն։ քանզի գիտէին՝ եթէ չունէին մարմին, որ ըստ բնութբ մնանիցէ, չխռովեցան. այլ կալց մնաց բնութի հրեշտակացն անանց խռովութե, և չկրեաց ինչ ազմուկ 'ի բքոյ կարեաց մարմնոյ։ Բայց ղովտ քանզի արս արդարս համարէր զնոսա, խռովեցաւ, եթէ գուցէ բռնութի ինչ կրեսցեն. աղաչէր զկատաղեալսն, խնդրեմ ասէ 'ի ձէնջ, մի ինչ մեղանչէք արանցդ, որովհետև եկին մտին ընդ յարկօք իմովք. առց ձեզ զիմ զարսն, առէք զդստերս իմ, և արարէք զի՞նչ և կամիք։ Ո՛ ներս հիւրասիրութեն, զիւրսն փոխանակ այլոց ունէր յանձին՝ տալ պարտ բաշխել։ Ղովտ իբրև զմարդ խռովեցաւ. այլ հրեշտակաց բնութին չկրեաց ինչ խռովութի. քանզի բազում ձոխութբ եկին արտաքս, և զնա՝ որում բնութին մերձ էր կրել՝ կորզեցին հանին 'ի բաց. և որք զայնս չափ և զմոլեկան կատաղութին կատաղէին՝ մանաւանդ եթէ զառանց ԾՅ խայտառակութին, հարին կուրութբ. և շրջէին զդրացն ամենայն՝ խնդրէին ըզդուռն, և ոչ գտանէին. զի որք չարաչար անառակէին, բարկոք և յերկուսին կուրացան։ Իսկ զայս ամենայն առ ո՞ր եղև ասել, զի չիք ինչ հաղորդութի առաջին ձաւին ընդ այժմուս. այլ զի ցուցից, եթէ ուր կերպարանք են, անդ երկիւղ չիք. և ուր ստոյգ մարմին, անդ երկիւղ և տրտմութիւն։ Բայց ընտանիկ՝ զի ամենեքին յայտ առնիցէ կենարարին, եթէ յո՞ր ասէր ասաց զբանն, և կորեաց զմիտս հերձուածողացն, և տնկեաց զկրօնս ճշմարտութեանն, ասէ ցառաքեալսն. հոգիս յօժար է, բայց մարմինս տկար է. նա զտկարութի մարմնոյն իւր համարի, և զուզածութեն նորա ընկենու զկարիսն։ Այլ եթէ ոչ փութասցես զտանել զմիտս բանին, զտանես իսկ թշնամանեալ զՔրն. զի ոչ միայն զոր կարծեան՝ կարգեսս, եթէ աղօթս մատոյց հօրն, և աղօթակիցն քան զայն՝ զոր աղաչեացէ՝ խոնարհական է. այլ և՛ս յայտնագոյն ինչ ասեմ. եթէ լոկ բանիցն ծառայես

mines videbantur visu, et Angeli erant naturâ. Praesumpsere Sodomitae eis tamquam viris in foeditatem, turpissimamque offensionem vim facere. Quid ergo egerunt Angeli? cum certiores essent se non habere corpus violentiam subiturum, nullatenus sunt conturbati, sed natura Angelorum sine turbamento permansit, neque confusionem a procellis adfectus carnis passus est. Loth tamen, quia viros justos censebat eos, turbatus est, ne forte violentiam aliquam paterentur; quare precabatur furentes, obsecro vos, dicens, ne quidquam peccetis in hos viros, eoquod sub tectum meum intraverint: vobis propriam progeniem dabo; accipite filias meas, et facite quidquid vultis. O mirabilem hospitalitatem! sua pro alienis dare in dispendium minime dubitat. Loth ergo sicut homo conturbatus est, sed Angelorum natura nullam passa est conturbationem; magna enim auctoritate exeuntes foras, illum qui poterat vim pati, decerptum detraxerunt; illos autem qui tanta immanique furore bacchabantur, quo ignominiosi Deum non agnoscebant, percusserunt caecitate: ita ut tota nocte ostium quaerentes, non inveniebant: siquidem qui male videbant, rite et jure obcaecati sunt. Haec autem omnia quid dicere oportuit, quum nulla sit congruentia anterioris sermonis cum praesenti? Sed ut ostenderem, quod ubi species mera est, ibi timor nullus; ubi vero verum corpus, ibi timor atque tristitia. Verum tamen ut plane patefaceret Salvator, quare dixerit illud verbum, abscidens sententiam haereticorum, atque plantans dogma veritatis, dixit ad Apostolos: *Anima prompta est, sed caro debilis*. Ipse debilitatem carnis sibi adscribit, tu autem in Divinitatem ejus adfectionem conjicis. Sed si non sensum invenire procuras verbi, contumeliam fecisse Domino deprehenderis. Quoniam non tantum quod conjicis, adstruis, quod oraverit ad Patrem, et qui orat, humilior sit illo quem orat; sed adhuc evidentius quoddam dico, si nempe solis verbis servias, non solum Patre inferiorem illum, verum etiam Apostolis suis minorem facis. Sicut enim

ցես, ոչ միայն քան զհայր խոնարհագոյն առնես զնա, այլ և քան զիւր առաքեալսն նուաստագոյն։ Ո՛ որ օրինակ չարաչար առնուն զայն՝ որ ասէ, եթէ ես յանձնէ ինչ ոչ խօսիմ, այլ հայր իմ որ ետ ինձ պատուէր՝ զինչ ասացից, և զինչ խօսեցայց. նոյնպէս և զայս։

Նա իսկ առաքելական իշխանութիւն յառաջ եկեալ կարկեցէ զբերանս մոլեկանացն։ Պօղոս ասէ, եթէ վասն կուսանաց հրաման ինչ 'ի տեառնէ ես ոչ ունիմ, այլ խրատ տամ. և յայտ է եթէ կարի իսկ վատթար են կրօնք հերձուածողացն. եթէ պօղոսի իշխանութիւն իցէ առաւել հրամանի տ͞ն ճոխանալ, և քանի չիցէ՞ իշխանութիւն առաւել հայրենի պատուիրանացն խօսել։ Նոյնպէս և աստ՝ 'ի համեմատութենէ առաքելական արութեան կայ ցուցանել զհերձուածողական մոլորութիւն, եկեալ զառամբ՝ եթէ կարի խոնարհագոյն է քան զառաքելական պատիւն տէրունի բարբառն։ Նոյնպէս յառաջագոյն իսկ բազում անգամ ասացի, եթէ բանիցն և եթ ծառայեսցես, չգործի ինչ ուրեք. իսկ եթէ զմիտսն ընդունիցիմք, անպարտ մնայ ճշմարտութիւն. մանաւանդ եթէ մեք իսկ անպարտ մնայցեմք. քանզի ճշմարտութիւն ոչ երբէք պարտի։ Դու արդ եթէ մեկնութեան միտս չգիցես, այլ բանից և եթ ծառայեսցես, գտանիցես զք͞ս վատասարտեալ, և յոյժ նուաստագոյն բարբառեալ՝ ոչ միայն քան զիւր պատիւ, նաև և քան զառաքելոցն արութիւն։ Ո՛ի ք͞ս ասէ, այժմ ոգի իմ խռովեալ է. և պօղոս իբրև չոգաւ 'ի կողմանս պաղեստինացւոց, եկն անդ մարգարէ մի ագաբոս անուն, և ասէ. այսպէս ասէ հոգին ս͞բ, զայրն զայն՝ որոյ գօտիս այս իցէ, այսպէս կապեսցեն հրէայք յերուսաղէմ. և իբրև արգելուին եղբարքն ամենեքեան զպօղոս, և աղաչէին չերթալ յերուսաղէմ, պատասխանի տայր արութեան բարբառով, մանաւանդ եթէ արութեան և առաքելութեան ոգւով ասէր ցկասեցուցիչսն, զի՞նչ գործէք, զի՞ լայք և ճմլեցուցանէք զսիրտս 'ի ներքս, զի ես ոչ միայն կապանաց, այլ և մեռանել պատրաստ եմ վասն անուանն ք͞սի։ Պօղոս այնչափ վստահութ͞ն, այնպիսի խրոխտանօք, այնչափ համարձակութ͞ն ձայնատու լինի մահու, և առ ոտն հարկանէ և

male accipiunt illud dictum, *Ego a me ipso nihil loquor, sed Pater dedit mihi mandatum, quid dicam et quid loquar*, ita haec quoque.

Hic sane apostolica auctoritas accedens in medium os furentium obturabit. Paulus enim dicit: *De virginibus mandatum quidquam a Domino ego non habeo, sed consilium do*. Patet ergo, quod valde pravum est dogma haereticorum; si Paulus facultatem habuit sine Dei mandato suam auctoritatem ostendendi, Christus autem sine patrio mandato loquendi facultatem non habuerit? Similiter et hic, ex comparatione apostolicae confidentiae probari haereticorum furor potest; cum constet quod nimis humilior apostolico honore sit vox illa Dominica. Sed ut antea saepe dixi, si solis verbis inservias, nihil amplius agitur; sin autem sensum admittamus, integra manet veritas; imo nos ipsi incolumes manemus; ubi veritas nunquam manca vel violata comperitur. Si ergo interpretationem non observabis, sed verbis tantum servias, invenies Christum vecordia laborantem, et valde demissius loquentem non solum sua dignitate inferius, sed etiam Apostolorum fortitudine inferiorem. Namque Christus dicit, *Nunc anima mea conturbata est*. Paulus autem cum in regionem Palaestinae profectus esset, veniens illuc propheta quidam Agapus nomine, ait, *Haec dicit Spiritus sanctus, virum, cujus est haec zona, sic ligabunt Judaei in Jerusalem*. Quum autem detinebant Fratres omnes Paulum, rogantes ut non adiret Jerusalem, voce fortitudinis respondit; immo animo fortitudinis et apostolatus, ad illos, qui gressum impediebant, dixit: *Quid facitis, et comprimitis cor meum interius; ego enim non solum ad vincula, sed etiam ad moriendum paratus sum propter nomen Christi*. Paulus adeo confidenter, tam jactabunde, tanta libertate provocat mortem, sub pedibus conculcat, contemnit, despicitque pavorem mortis. Dominus autem Pauli dicebat, *Nunc anima mea conturbata est*. Pauli cor comprime-

արհամարհէ և իշխէ զարհաւիրս մահու. և պօղո-
սի տէրն ասէր, եթէ այժմ ոգի իմ խռովեալ է։ Պօ-
ղոսի սիրոյն ձմէր, իսկ քս ոգւով չափ խռովեալ
էր արդեօք։ Պօղոս և պարծէր 'ի նեղութիւն. ոչ
այսչափ միայն, այլ և պարծիմք ևս 'ի նեղութիւնս.
քանզի գիտեմք, եթէ նեղութիւն զհամբերութիւն
գործէ. և քս տէրն պօղոսի ասէր, տրտում է ոգի
իմ մինչև 'ի մահ։ զի՞նչ նմանութիւն պարծանաց իցէ։
Պօղոս պարծանս համարէր զչարչարանսն. և որ
զնոյն զօրացուցանէր՝ քս, տրտմութի՞ւն ինչ արդեօք
զտնտեսութին հաշուէր։

Մ՛իտ դիր և այլ ևս մտացն պօղոսի, զիմերդ ա-
մենևին արութն են. միացեալ երբեմն 'ի փիլիպեց-
ւոց քաղաքին 'ի մակեդոնացւոց աշխարհին, բազում
ամբոխ 'ի վերայ յառնէր, և ազգի ազգի կտտանօ
'ի մարմինն կրէր, բազում հարուածս 'ի վերայ ե-
դեալ՝ արկին զնա 'ի բանդ, և պնդեցին զոտսն 'ի
կոճեղ. այլ առաքինի նահատակն ածպաշտութն,
և որ ընդ նմա էր շիղաս, յաղթէին զդատաւութ
մշտացն, պարտէին առաքինութբ զչարչարանսն։
Իսկ զայս բարիոք իմն նշանակեալ՝ որ զպատմութին
գրեաց, ասէ, 'ի հասարակ գիշերի պօղոս և շիղաս
օրհնէին զած. մշտանման, և գոհանան. զանս ըմ-
պէին, և օրհնէին։ Իսկ տես զստուգութին այնորիկ՝
որ զպատմութին գրեաց. չասաց՝ թէ զհասարակ գի-
շերաւ պօղոս և շիղաս աղօթս մատուցանէին այ,
այլ թէ օրհնէին. զի աղօթք թերևս առ նեղութն
սրտին լինին, և օրհնութին՝ առ խնդութն սրտից։
Նա առանիկ տեսանեմ, զի ուրախութն նշանակէին
առաքեալքն, զի հասարակ գիշերաւ ասէ՝ պօղոս և
շիղաս օրհնէին զած։ Օրհնութին ոգւոց բերկրելոց
նշանակ է. Տերքն՝ որք կամէին զոգւոցն ցնծութիւն
յայտ առնել, ոչ աղօթս մատուցանէին իբրև զնե-
ղեալս, այլ օրհնէին իբրև ընդարձակեալք։ Պօղոս
և շիղաս՝ որ բնութբ մարդիկ էին, առաքինի ոգիս
'ի չարչարանսն ցուցանէին, և քս՝ որ թագաւոր է
մեզ, անկածութբ բանս պատաշածեա. որ վասն տնե-
չութն առացեալ՝ 'ի քահանան պատուոյ նորա ա-
նուս. ծն անդր, 'ի բաց լեր յայնպիսի մտաց։ Ա՛յ

batur, Christus autem usque ad animam conturbatus utique erat. Paulus gloriabatur etiam in tribulationibus, dicens: *Non adeo tantum, verum etiam gloriamur in tribulationibus; scimus enim, quod tribulationes patientiam operantur.* Christus autem Dominus Pauli dicebat: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Quae similitudo gloriationis est? Paulus gloriam aestimabat passiones; qui vero illum confortabat Christus, tristitiamne censebat dispensationem?

Attende et alibi mentem Pauli, quomodo omnino fortitudinem praeseferat. Dum maneret aliquando in Philippopoli Macedoniae, turba magna insurgebat, varia tormenta in corpore sustinebat; ita ut postquam multa vulnera in corpore retulisset, miserunt eum in carcerem, pedesque ligno constrinxerunt. Sed generosus athleta pietatis, et qui cum ipso erat Silla, modeste superabant calamitatem, debellabant virtute dolores. Haec autem optime notans qui historiam conscripsit, ait: *Media nocte Paulus et Silla laudabant Deum*. Afflicti gratias agebant, vapulati benedicebant. Observa autem diligentiam historiographi; non dixit, quod circa mediam noctem Paulus et Silla preces fundebant Deo, sed laudabant: preces enim fortassis ob angustiam animi offeruntur, laus autem prae laetitia cordis. Video itaque Apostolos laetitiam in se declarantes; quoniam circa mediam, ait, noctem Paulus et Silla laudabant Deum. Laus, animae gaudentis est. Sancti volentes animae exultationem patefacere, non preces fundebant tamquam afflicti, sed laudabant sive benedicebant tamquam gaudio gestientes. Paulus ergo et Silla, qui naturâ homines erant, generosum animum in afflictionibus demonstrabant; Christo autem qui Rex est Sanctorum, vilitatis verba imputas; atque propter dispensationem dicta suiipsius dedecori attribuis? Apage! abscede ab hujusmodi sententia. Nemo contumeliose tractet Sancta; nemo divina verba calumnietur; nemo impietatem ex verbis Salvato-

ոք թշնամանեսցէ զորբութիւն, մի՛ ոք զրպարտեսցէ զա̃ծեղէն բանս, մի՛ ոք ամբարշտութի ջանասցէ 'ի բանից կենարարին կազմել, և անկածութի զտնտեսութիւն համարել:

Այլ պահանջէ 'ի մէնջ լսօղն զկարգն. թարխնք ասէ ուսուցեր, արդարև տնտեսութեան իսկ բանք էին. այլ և զզօրութի իսկ տնտեսութեն մեկնեալ. ընդէ՛ր բնաւ իսկ արկ 'ի կիր զայնպիսի բանս. վասն է՞ր ասաց, եթէ հնար ինչ իցէ, անցցէ յինէն բաժակս այս: Եթէ հնար ինչ իցէ, եղբարք, ոչ զհրամանաց ինչ հարկ մուծանէ, և ոչ զպատապել անուն զծննդեան, և ոչ զվատասրտութեան ինչ բանք են, և ոչ զանգիտել ինչ ասողին բաժակի այնու, այլ՝ մարդկեղէն տնտեսութեն կերպարանք, և խնայելոյ յայնոսիկ՝ որ գայթագղելոցն էին. քանզի գիտէր՝ եթէ չարչարանքն զբազումս կարեն գայթակղեցուցանել, և մանաւանդ զայնոսիկ՝ որ խորհրդոց տնտեսութե չէին ակահ. ըստ այնմ, եթէ մեք քարոզեսցուք զքս 'ի խաչ ելեալ, հրէից գայթակղութիւն, և հեթանոսաց յիմարութի: Արդ առեալ զդէմս մարդկան, որ զամենայն ինչ իմաստութբ մատակարարէ, ասէր. եթէ հնար ինչ իցէ, այլով օրինակաւ կատարել զտնտեսուին, և առանց մահու վճարել. զի մի՛ այնպիսի չարչարանօք գայթագղեսցին բազումք. եթէ հնար ինչ իցէ, անցցէ յինէն բաժակս:

Այլ բռնադբօսես ասեն զբանն. ասէ՝ ցոյց ընդվկայութի ինչ, որ վկայեսցէ Ճշմարտութեն, եթէ վասն մարդկան տկարութե և զընդալոյ ասաց զայն: Եթէ այնպէս իցէ, լո՛ւր. զիա՞րդ անդէն իսկ յառատի կարեացս ասէր ցառաքեալսն, յաղօթս կացէք, արթուն կացէք. և իբրև նիրհեցին, նախատեաց զնոսա, և ասէ, այդպէս ո՞չ կարացիք մի ժամ հսկել ընդ իս. յաղօթս կացէք, զի մի մտանիցէք 'ի փորձութի: Չասաց, թէ զի մի մտից. քանզի ո՛չ եթէ նմա վնաս չարչարանք գործէին, այլ զայլս գայթակղեցուցանէին. յաղօթս կացէք, զի մի մտանիցէք 'ի փորձութի. չասաց եթէ զի մի մտանիցեմք, այլ զի մի մտանիցէք. 'ի ձէնջ խնայեմ, և ոչ եթէ զանձն ինչ կամիմ 'ի չարչարանացն ապրեցուցանել. գի-

ris adstruere, et vilitatem dispensationem putare jam tentet.

Sed auditor seriem rerum a nobis postulat. Optime, ait, docuisti: profecto dispensationis verba erant. Sed etiam vim dispensationis expone; quare nimirum hujuscemodi usus fuerit verbis? Cur dixerit, *Si fieri poterit, transeat a me calix iste*. Illud, *Si fieri possit*, Fratres, non fati necessitatem aliquam inducit, nec fabulosum nomen genethlialogiae; nec timiditatis verbum est, neque vecordia dicentis hoc detrahitur, sed humanae dispensationis forma id erat, parcendique eis qui scandalum passuri erant. Siquidem noverat, quod ejus dolores scandalizare plurimos poterant, maxime illos qui mysteriorum dispensationis imperiti erant: secundum illud, *Nos praedicamus Christum crucifixum, Judaeis scandalum, et Gentibus amentiam*. Personam itaque hominum accipiens, qui omnia in sapientia disponit, dicebat: Si fieri potest, alio modo perficiatur dispensatio, et sine morte persolvatur; ne forte hujusmodi afflictionibus meis scandalizentur multi. *Si fieri possit, transeat a me calix iste*.

At vim facis, inquiunt, verbo: agedum, ostende testimonium aliquod ad probandam veritatem, quod propter hominum imbecillitatem haec adstruxerit. Si ita est, audi, quomodo sub ipso initio dolorum, quos passurus erat, dicebat ad Apostolos: *Orate vigilate*. Quum autem dormitarunt, increpavit eos, dicens: *Itane non potuistis una hora vigilare mecum? Orate, ne intretis in tentationem*. Non dixit, *ne intrem*. Non enim ipsi damnum ferebant illa quae patiebatur, sed caeteros offendebant. *Orate, ne intretis in tentationem*. Non dixit, Ne intremus, sed, ne intretis. Vobis parco, non vero me ipsum volo quodammodo a doloribus liberare. Scio futura, non sum nescius dispensationis peragendae, non ignoro beneficium, quod pro universis ho-

տէր զՀանդերձեալսն , չեմ անտեղեակ տնտեսու-
թեան , որ կատարելոց է . չեմ երախայ բարերարու-
թեան որ ծագելոց է ամենայն մարդկան . այլ զի յա-
ռաջ քան զդէպս իրացդ՝ որ երևինդ՝ զայթակղե-
ցուցանեն զձեզ , ասեմ ձեր բանիւ , եթէ Հնար ինչ
իցէ անցանել չարչարանացն , անցցեն :

Պարզ է կրկնաւոր և երեքկնաւոր առնել զբանն ,
զի Հնարն ինչ՝ է , ոչ եթէ բնութեան ինչ անվրէպ և
առանց անցանելոյ , և սաՀման անՀրաժեշտ յայտ
առնել , որպէս ոմանք կարծեցին : Այլ կամիս Հաս-
տատութիւն առնել , եթէ չկայր ինչ Հարկ և սաՀման 'ի
վերուստ 'ի վերայ կենարարին , այլ իւր իսկ ամենի-
մաց տնտեսութիւն է , և իւրովք կամօք զամենայն կա-
տարէ , լուր Հաստատութիւն , զիարդ ինքնին տէրն յա-
ռաջագոյն ելոյծ զկարծիս Հարկին , և յայտ արար
զիւրոց կամացն զՀզօրութիւնն . ոչ ոք առնու առէ զո-
գի իմ յինէն , իշխանութիւն ունիմ եւ դնել զոգի իմ ,
և իշխանութիւն ունիմ միւսանգամ առնուլ զնա . և
դարձեալ՝ եթէ քակեցէք զտաճարդ , և ես յերիր
աւուր յարուցից զդա : Այլ եթէ իշխանութիւն ու-
նիս , ընդէ՞ր արկանես զայդպիսի բանս , եթէ Հնար
ինչ է ասես՝ անցցէ յինէն բաժակս այս : Վասն ձեր
ասեմ տկարաց , և ոչ վասն իմ , որ Հզօրս եմ ամենա-
զօրս եմ , և յամենայն տկարութենէ 'ի վեր եմ բարձր :

Բայց ընդէ՞ր իսկ անուանեաց զչարչարանսն բա-
ժակ : Զանու ընծայի առաւ միւս եւ այլ ինդիր , ե-
թէ զչարչարանսն բաժակ ընդէ՞ր կոչեաց : Զայն ասէ ,
սովորութիւն է միշտ գրոց , զխրատ որ յԱյ գայցէ 'ի
վերայ յանցաւորաց՝ բաժակ կոչել : Մեզ դիր Հաս-
տատութիւն , և լուր իմաստութեան լսող , մի յառաջագոյն
յափշտակել զբանս , այլ անսալ և մնալ մտացն .
քանզի մարթի այնմ որ չարաչարն լսիցէ՝ չարաչար
մեկնել զասացեալսն : Բայց տակայն որ յեկեղեց-
ւոջ խօսի , մի ինչ օտարութիւն Համարեսցի , եթէ զըդ-
պարտութիւն կրեսցէ 'ի զուր յանդգնելոցն 'ի բամբա-
սանս . քանզի առաքեալքն զըպարտեցան , որպէս թէ
անպիտան ինչ խօսեցան . և լուր պօղոսի , որքան
կրեաց զըպարտութիւն 'ի քարոզութիւն . միթէ որպէս
Հայհոյիչքն , և որպէս Համբաւեն զմէնջ ոմանք՝ ա-

minibus florescit: sed quia ante eventum rerum haec visa vos scandalizant, dico vestro sermone: Si possunt transire quae mihi patienda sunt, transeant.

Oportet secundo tertioque exarare verbum, quod illud *Si fieri potest*, non est naturae irrevocabilem intransibilemque terminum quemdam declarare, sicut quidam autumarunt. Si vis firmiter tenere, quod non erat necessitas ac supernum decretum in Salvatorem, sed sua propria dispensatio (sive dispositio) fuit omniscia, atque suapte voluntate perficiebat omnia, audi constanter, quomodo Dominus ipse jam prius resolvit suspicionem necessitatis, manifestans propriae voluntatis auctoritatem. *Nemo accipit*, ait, *animam meam a me*; *potestatem habeo ego ponere animam meam, et potestatem habeo iterum accipere eam*. Et rursum: *Dissolvite templum hoc, et ego tertia die excitabo illud*. Quod si potestatem habes, cur profers hujusmodi verbum? *Si fieri potest*, dicis, *transeat calix iste*. Propter vos dico infirmos, non autem propter me, qui fortis sum et omnipotens, et omnem imbecillitatem superans.

At quare calicem nominavit quae pati debebat? Hinc sane oritur, depromiturque altera haec quaestio (apud adversarios), quare nimirum calicem vocavit illa quae patienda forent. Etiam, ajunt, mos est perpetuus scripturae, castigationem a Deo provenientem super delinquentes calicem appellare. Diligenter adverte, estoque prudens auditor; ne praeveniens rapias verbum, sed expecta patienter sensum. Potest enim is, qui male audit, ut male interpretetur dicta: attamen qui in Ecclesia loquitur, nihil alienum censeat, si calumnia patiatur ab iis, qui arroganter inaniterque ad detrahendum feruntur. Siquidem vel ipsi Apostoli calumniati sunt tamquam inutilia loquentes. Audi quidem Paulum, quantum calumniarum passus sit in praedicatione: *An ne sicut blasphemamur, et sicut di-*

ասել, եթէ արտասուաւք զչարիս, զի եկեսցեն բարիք. որոց դատաստանն յիրաւի. զի որք ոչ լուան, իբրեւ զլուեալ բամբասեն. զի զոր ոչ լուան 'ի վարդապետաց, զորպատրաստուն վարդապետացն յառաջ բերեն: այլ զոր ինչ առաջին կայ՝ յայն եկեսցուք: Առանձին բարք են միշտ գրոց, զխրատս, կամ զպատիժս որ 'ի վերայ մեղաւորաց գայցեն՝ բաժանել անուանել: Այլ մի վաղվաղակի խռովեսցէ զբանս թշնամի ոք եւ ըմբռնեսցէ, եւ ասասցէ, միթէ եւ քո մեղա՞ւ, զի զպատիժս մեղաւորաց կրեսցէ: Ո՛ւ լսցի զայն ասել. Նա ոչ պարտէր ինչ պատիժս, ծնունդք, փորձանս: այլ մեք ընդ պատժով էաք. եւ վասն մեր դատապարտեցաւ ընդ մեզ, եւ պատժապարտաց ընդ տանջանօք՝ յանձին կալաւ զմահ. որպէս եւ եսայի յառաջագոյն ձայնէր եւ գուժէր, եթէ վասն մեր մեղաւորացս եկն 'ի մահ: Այլ զի վասն մեղաւորաց պատժոց ընկալաւ անձամբ յանձն զմահ, վկայեսցէ կըն- քատուն, եթէ ահաւասիկ գառն այ՝ որ բառնայ զմեղս աշխարհի. եւ մարգարէն, եթէ նա զմեղս մեր բառնայ, եւ վասն մեր վշտանայ, եւ վասն մեղաց ժողովրդեան եկն 'ի մահ:

Այսչափ չարչարանք նորա բաժակ, ըստ բանին որ յառաջագոյն ասացաւ. Նմին իրի իսկ եւ երանելայն դաւիթ՝ զվրէժսն որ 'ի վերայ մեղաւորաց գայցեն, զդրօշմեալ՝ ասէ, բաժակ 'ի ձեռին տն, անապակ գինով լի խառնեալ, արբցեն ամենայն մեղաւորք երկրի: Այլ դարձեալ՝ յորժամ տծ իսկ սպառնայր պատիժս հեթանոսաց, ասէր ցերեմիա. առ բաժակ խառնեալ, եւ տուր ըմպել ամենայն ազգաց, եւ երուսաղէմի. եւ ասասցես ցնոսա, արբջիք, եւ արբեցարուք եւ թմբրեցարուք: Ո՞րչ իցէ թմբրեցարուքն: 'Ի թմբրութիւն ածէ զբազումս այն խրատու, բազում անգամ եւ 'ի հիացութն իսկ. մանաւանդ յորժամ տեսանիցեն զարդարս ընդ մեղաւորս ըմբռնեալ. որպէս եւ այժմ իսկ եղերեն յամենայն երկրի, եթէ ընդէր կոտորեցան քահանայքն 'ի սեղանս, վասն էր 'որ կուսանքն 'ի լկտեաց մատնեցան, յո՞ր սակս այնչափ եւ այնքան չարիք գործեցան, ընդէ՞ր ոչ պաշտպանեաց տծ իւրոցն: Այլ քանզի այն

vulgant de nobis quidam dixisse, quod faciamus mala, ut veniant bona; quorum judicium revera: Quae enim non audiere, tamquam audita detrahunt; quia quod non audierunt a doctoribus, in calumniam doctorum proferunt. Sed ad propositum redeamus. Peculiaris mos est semper Scripturarum, correptionem aut castigationem supervenientem peccatoribus calicem nominare. Sed ne statim in vitium vertat dictum hostis quispiam ac explorator, dicens: Numquid et Christus peccavit, ut poenam peccatorum subeat? Absit id dicere: ipse nullam poenam debebat: apage, minime! sed nos sub poena eramus, et propter nos ob peccata condemnatos reosque poenarum in se recepit mortem. Quemadmodum et Isaias praedicens denunciabat propter nos peccatores morti occubuisse. Quod autem pro poenis peccatorum acceptaverit in se mortem, testetur Baptista, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi*. Et propheta: *Ipse peccata nostra tollit, et propter nos affligitur, atque pro peccatis populi venit in mortem*.

Itaque ejus dolores nomine calicis juxta verbum praedictum vocantur. Quapropter et David beatissimus vindictas super peccatores irruentes exarans, dixit: *Calix in manu Domini, mero vino plenum mixtum, bibant omnes peccatores terrae*. Praeterea quum Deus ipse minabatur poenam Gentibus, dicebat ad Jeremiam: *Sume calicem mixtum, et dato bibere cunctis gentibus, atque Jerosolymis; dic autem ad eos: bibite, et inebriamini, et torpete (sive soporamini)*. Quid sit, *torpete?* In torporem ducit plurimos castigatio illa, saepe etiam in stuporem; maxime quando justos cum peccatoribus prehensos aspiciant. Sicut nunc quoque in omni terra vituperant, quare caesi sint sacerdotes in altaribus? cur virgines in violentiam traditae sint? ad quid tot tantaque mala perpetrata sint? quare non defendat Deus suos? Quia ergo hujusmodi calamitates in torporem ducunt et in stuporem mentis, jure dixit, bibite, et obstupescite, et expleamini.

պիսի վիշտք 'ի թմբրութիւն անձին, և 'ի մտաց հիւ-
ցութիւն, յիրաւի ասէ, եթէ արբեք և յիմարեցարուք
և զեխեցարուք : Պտարձեալ՝ և կենարարն յորժամ
յառաջագոյն ձայնէաց զչարչարանացն իւրոց առ յա-
կովբայ և յոհաննու, կարէ՞ք ասէ ըմպել զբաժակն,
զոր ես ըմպելոց եմ. փոխանակ ասելոյ, կարէ՞ք զչար-
չարանս կրել՝ զոր ես կրելոց եմ. և նոքա ասեն, այո:
Բայց երանելւոյն դաւթի 'ի միւսում վայրի յայտ-
նի իսկ եցոյց, եթէ մահ որ վասն ճշմարտութեան
դայցէ 'ի վերայ, բաժակ կոչի. զի՞նչ տաց տեառն
ընդ ամենայնի՝ զոր ետ ինձ : Իսկ ([illegible]) իբրև ըղ-
կարի շնորհակալ ծառայ՝ եւեւս բղխեալ շուրջանա-
կի զերախտիսն Աստուծոյ, խնդրէ և ինքն սակաւիկ ինչ տրի-
տուր տալ մտադիւրութեամբ ընդ անբաւ երախտեացն:
Որպէս և աղքատ ոք զմեծատուն 'ի վանս տանիցի,
'ի վարանս մտանէ, եթէ զի՞նչ կազմած կարասցէ
յուրախութիւն մեծատանն առնել. զի՞նչ ինչ արժանի
ըստ աւագութեանն 'ի սեղանն բերիցէ. տարակուսեալ
կայցէ, և ընդ անձինն խօսեսցի, զի՞նչ ինչ արժանի
կարասցեմ սմա գտանել. զի՞նչ արարից, զի՞նչ բե-
րից առաջի, զի՞նչ պատուեցից, որպիսի՞ ճաշ ինչ
կարասցից կազմել: Նոյնպէս և դաւիթ հայեցեալ 'ի
մարդկեղէն աղքատութիւնս, և յԱստուծեղէն բարերա-
րութեան մեծութիւնս, և տեսանէր՝ եթէ չիք ինչ արժա-
նի 'ի մարդկանէ՝ որ Աստուծոյ մատչիցի. 'ի վարանս մտա-
նէր, տարակուսանայր, բարբառ 'ի կիր արկանէր,
եթէ զի՞նչ տաց տեառն. չգտանեմ ինչ արժանի
ըստ երախտեացն. զի՞նչ տաց տեառն, որպի-
սի՞ ոք ինչ եղէց, զո՞ր պատարագս տաց, որպիսի՞ դա-
համամբք մտից ընդ միտ բարերարին: Իբրև յամե-
նայնէ չքաւորեցաւ, մի ինչ միայն եգիտ. և այն ոչ
եթէ ըստ Աստուծոյ բարերարութեանն, այլ ըստ նորա յօժա-
րութեանն արժանի է. բաժակ փրկութեան ընկալայց:
Զի՞նչ յայտ բաժակն իցէ: Եթէ կարասցից ասէ՝
վասն ճշմարտութեան չարչարանս կրել, եթէ ձեռն-
հաս եղէց վասն Աստուծոյ մեռանել: Բաժակ փրկութեան
ընկալայց, և զանուն տեառն կարդասցից: Իսկ քանզի չէր
բանն յայտնի, այլ ղօղեալ և զեղչեալ, յառաջորդաքն
մեկնէ: Բաժակ փրկութեան ընկալայց, և զանուն տեառն

Praeterea et Salvator praedicens illa, quae passurus erat, apud Jacobum et Joannem, *Potestis*, ait, *bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* dicere volens, potestis pati, quae ego passurus sum? et illi dicunt, etiam.

Verum tamen beatus David alicubi evidentius indicavit, quod mors superveniens propter pietatem, calix nuncupatur. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quae dedit mihi?* Siquidem tamquam nimis grati animi servus circumfluentia beneficia Dei videns, et ipse modicum quidpiam retributum ultro dare pro immensis beneficiis conatur. Quemadmodum et pauper quidam divitem hospitio recipiens haesitat, quid apparatûs poterit in convivium divitis apponere, quidnam condignum juxta magnitudinem ejus in mensam adducat: ita ut dubio agitatus secum scrutatur, quid dignum huic possim invenire? quid faciam? quid proponam? quomodo honorabo? quale prandium possum parare? Sic et David respiciens in humanam paupertatem, magnitudinemque divinorum beneficiorum, quum videret nihil humanum dignum esse quod Deo offeratur, haesitabat anxius, et dubius vocem edebat, *Quid retribuam Domino?* nihil enim invenio secundum beneficia condignum. *Quid retribuam Domino?* qualis, et quisnam ero? quam hostiam offeram? quibus donis ac piaculis placabo benefactorem? Quum omnium penuria se laborare vidit, unum tantum reperit; illud autem non secundum Dei beneficium, sed secundum suum desiderium par erat. *Calicem*, inquit, *salutis recipiam*. Quid autem calix manifestabit? Si queam, ait, propter pietatem pati, si propter Deum mori potero. *Calicem salutis suscipiam, et nomen Domini invocabo*. Quoniam vero non erat dictum evidens, sed latens et subobscurum, sequentibus rem declarat. *Calicem salutis suscipiam, et nomen Domini invocabo*. Cui subjungit: *Pretiosa est coram Deo mors sanctorum suorum*.

կարգացից. ածէ զնովիմբ, եթէ պատուական է առաջի տ͞ն մահ ս͞րց իւրոց։

Իսկ արդ՝ զի՞նչ իցէ ասելն, հայր, եթէ հնար ինչ իցէ, անցցէ բաժակս։ Ո՞չ ապաքէն յայտ է՝ զի զչարչարանացն ասէր. այլ ունիս յառաջագոյն առաեալ զլուծումն խնդրոյդ. զի ասելովն եթէ հնար ինչ իցէ, զմարդկեղէն զանձնաւորութիւն զկերպարանս կատարէ. զի որ զայս ասաց ըստ մարդկութեան, նոյն յառաջագոյն ասաց ըստ անձնիշխան ա͞ծութեանն, եթէ իշխանութիւն ունիմ դնել զանձն իմ, և իշխանութիւն ունիմ միւսանգամ առնուլ զնա. և յայտ առնէ, եթէ ոչ ա͞ծութիւն հրաժարէր 'ի չարչարանացն, այլ մարմնոյն իւրոյ տկարութիւն։ Իսկ դարձեալ ասէ, եթէ հոգին յօժար է, բայց մարմինս տկար է. և ոչ զի նման ինչ մ͞ս առնէին չարչարանքն, այլ զայլս դայթակղեցուցանէին։ և զայն եցոյց աշակերտացն, յաղօթս կացէք ասէ՝ զի մի մտանիցէք 'ի փորձութիւն։ Իսկ այլ ազգ ևս. նաև կանոնս իսկ աղօթիցն աւանդէ մեզ, մի անձանցն պահանջել յ͞այ զաղօթիցն պէտս զոր խնդրիցեմք, այլ 'ի նմա ապաստան առնել, որ զամենայն իմաստութ͞ մատակարարէ. զի և ասէ իսկ, եթէ ոչ որպէս ես կամիմ, այլ որպէս դու։ Որ նման ինչ ոչ վայել էր, և քեզ կարծի 'ի դէպ է. զի յորժամ յաղօթս կայցես՝ մի զայն ինչ խնդրեսցես զոր դու կամիցիս, այլ յ͞այ կամսն ապաստան առնիցես։ Նախաջիր և դու, յորժամ յաղօթս կայցես, ըստ նմանութեան Ք͞ի՝ որ վասն քո խոնարհեցոյց զանձն, ոչ որպէս ես կամիմ, այլ որպէս դու Տ͞ր. յ͞այ կամսն ապաստան արասցես. մի դու նման թելադիր լինիցիս, և մի առ խրատուս զանձն ունիցիս։ Որ սիրեն ասէ զ͞ած, ամենայն ինչ յաջողի, և գործակից լիցի նոցա 'ի բարիս. որ ինչ ըստ նորա կամացն իցէ՝ այն կատարի. և որ արտաքոյ քան զնորա կամսն, չելանէ 'ի գլուխ։

Պայ բաժակ խրատոյ ա͞յ՝ մեղաւորաց 'ի պատիժս. բայց Ք͞ի ոչ թէ պատիժ ինչ չարչարանքն

(1) Sensus praesentis loci cum sequentibus de distinctione humanae voluntatis Christi a divina paulo aliter invenitur in

Cur ergo dicitur: *Pater, si fieri potest, transeat calix iste?* Liquet omnino de iis, quae patienda erant dictum fuisse. Sed habes jam antea datam solutionem quaestionis: dicens enim, Si fieri potest, humanae dispensationis formam perficit. Qui namque haec dixit quoad humanitatem, ipse prius dixerat quoad omnipotentem Divinitatem, *Potestatem habeo ponere animam meam, et potestatem habeo iterum accipere eam.* Manifestat autem non Divinitatem evitare dolores, sed corporis sui infirmitatem. Praeterea dicit, *Anima prompta est, corpus tamen debile* (1). Non quod ipsi damnum ferebant dolores, sed caeteros scandalizabant: et hoc indicans discipulis dicebat, *Orate, ne intretis in tentationem*. Et aliter quoque. Regulam etiam orationis tradit nobis: Non penitus a Deo exitum rerum exigere, quas in oratione petimus, sed ipsi committere, qui omnia in sapientia disponit. Quoniam vel ipse dixit, *Non sicut ego volo, sed sicut tu:* quod ipsi nihil quadrabat, tibi vero nimis convenit. Quum ergo orabis, ne id quaeras quod velis, sed Dei voluntati temet committe. Dic et tu in oratione tua secundum similitudinem Christi sese humiliantis propter te, *Non sicut ego volo, sed sicut tu,* Domine. Voluntati Dei committe; noli tu illi hortator esse, suggerens quae facere debeat, neque monitorem te habeas. *Ei qui diligit,* ait, *Deum, omnia prosperantur, et cooperantur in bonis*. Quidquid secundum voluntatem ejus est, perficitur; quidquid autem praeter voluntatem suam, non adducitur in finem.

Calix monitorum Dei peccatoribus in castigationem accidit: attamen Christo non castigatio erat quod

(1) Conc. Rom. diebus Martini I. sub nomine Severiani nostri.

էին, այլ՝ անուշունք. քանզի զմեղաւորաց մահ կրեաց ատամնց մեղաց. զի փրկեսցէ զաշխարհ ամենայն, որ ընդ մեղօք դատապարտեալ էր ։ Ընդէ՞ր աստն բնաւ զմահն բաժակ կոչիցէ ։ զի բաժակ ՚պատիժքն և մահ անուանին, զայն զիրոյն իսկ վկայութիւնք յայտ յանդիմանն ցուցին. բայց թէ ընդէ՞ր իսկ բաժակ չարչարանքն կոչեցան. քանզի չէ ինչ նման բաժակ մահու ։ Զի խրատքն որ 'ի վերայ դայցեն՝ խիստ են և անհնարին և դժուարին լինին, նմանապէս ածե-ղէն դեղք զվիշտսն բաժակ անուանեն. զի յայտ լի-ցի, թէ ած ոչ իբրև զխիստ դատաւոր տանջէ, և ոչ յանխնայ կտտորէ, այլ իբրև զբժիշկ՝ զցաւս բժշկէ, և իբրև զանդեղեայ սաստիկ մաղձոյ՝ տայ 'ի ներքս զխրատսն ։ Այլ արդ՝ փրկութիւն բաժակ խրատուցն՝ առ ճաշակել դառն է, և առ բժշկել օգտակար է. յանդիմանն կացուցանէ բանն զբարերարն ած, բա-ժակաւն խրատիչ, և բարերար իբրև զհայր. և տան-ջիչ և պատժիչ իբրև զթագաւոր. ոչ իբրև զթշնա-մի հարկանէ, այլ իբրև զբժիշկ կսկծեցուցանէ ։ Զոր օրինակ յորժամ բժիշկն զերկաթն 'ի գործ ար-կանէ, և խարանս 'ի մարմինն դնէ, ոչ այնու ընդ-մարդոյն կռուի, այլ ընդ ցաւոն մարմնոյն. նոյնպէս և ած՝ յորժամ զխրատսն ածէ, ոչ զիւր ստեղծուածն պատժէ, այլ զմեղսն սրբէ ։ Մինթէ տեսե՞ր երբէք զբժիշկ՝ առ ցասման ձեռն 'ի գործ արկեալ, կամ առ վայրացուս ինչ 'ի խարանս մատուցեալ, կամ այլ ինչ նոյնպիսի. Թէպէտև հիւանդին՝ երեւքն բժշ-կին անհագին թուեսցին, այլ բժշկին օգուտ գործեալ կայ 'ի միտս. և ոչ վասն զի ցաւածին անհագին բժշ-կութիւն թուիցի, և ճարտարութեան խոստումն անհա-գին ինչ իցէ ։

Այս ուրեմն բարիոք և սքանչելապէս երանելոյն պօղոսի՞ եղեալ սահման խրատուն՝ ասէ, եթէ ամե-նայն խրատ առ ժամանակ մի ոչ թուի ուրախութիւն, այլ տրտմութիւն ։ Վիրածն յորժամ տեսանիցէ ըզ-բժիշկն՝ զի կտրել զվէրն կամիցի, անհագին համարի, և իբրև 'ի թշնամւոյ խուսափէ. իսկ յորժամ բժշ-կեսցի, զոր երբեմն տեսանէր՝ և զերեսս դարձուցա-նէր, յետոյ մօտ հայի, և երկիր պագանէ ։ Եթէ

pati debebat, sed dispensatio (vel providentia); quippe qui peccatorum mortem sine peccato subiit, ut universum mundum sub peccatis condemnatum redimeret. Cur autem, ajunt, mortem suam calicem vocavit? Quod calix nominantur poena et mors, id Scripturarum testimonia demonstrarunt. Sed quare calix vocetur illud quod patiendum erat, quum non ita par est calix morti? Quoniam cum castigatio superveniens dura sane atque molesta res sit, jure Divinae litterae tribulationem calicem appellant; ut manifestum fiat, quod Deus non sicut judex rigidus punit, neque immaniter caedit, sed tamquam medicus dolores curat, et velut antidotum vehementi veneno (bili) intus monitum infundit. Itaque salutaris calix monitorum gustatu amarus est, et sanatu utilis. Et jam benignissimum Deum per calicem monitorem, beneficum sicut Patrem, et punitorem castigatoremque sicut regem ratio demonstrat. Non velut inimicus percutit, sed sicut medicus prurigine vellicat. Quemadmodum quando medicus ferrum admovet, et cauterium in corpore ponit, non eo cum homine pugnat, sed cum dolore certat; sic et Deus dum monitum infert, non propriam creaturam castigat, sed peccatum expurgat. Numquid umquam ob iram manum in opus misisse medicum vidisti, aut prae indignatione ad ustionem venisse, sive aliud simile quidpiam fecisse? Quamquam aegroto vultus medici horrendus videatur, sed medicus in animo habet prodesse ei: non autem eo quod afflicto horrenda putetur curatio, artis professio quoque horribilis est.

Itaque optime atque mirifice beatus Paulus definiens monitum, ait; *Omnis monitus ad tempus non existimatur laetitiae, sed tristitiae.* Vulneratus dum videat medicum vulnus scindere volentem, terribilem putat, atque velut inimicum abhorret: postquam autem curatur, eum quem olim videns avertebat vultum, propius aspicit atque honorat. Nonne satis novimus, quod prae molestia dolorum injuria aegroti medicos

չգիտէիցեմք իսկ, զի առ զայրացուս ցաւոցն՝ թշնա-
մանս զնենն հիւանդքն բժշկացն, և բժիշկն ներէ
զայրացելոցն. քանզի գիտէ՝ եթէ ոչ 'ի կամացն էն
թշնամանքն, այլ առ ցաւսն: Իսկ յորժամ ապաքի-
նին յախտէն, և՛ վարձ ես տան նոցա, զորս անարգա-
րոյն համարէին. տան վարձս՝ ոչ իբրև պահանջեալք,
այլ ինքնակամ յօժարութբ: Նոյնպէս և մեք այժմ
դժկամակ լինիմք ընդ նեղութիս. և յորժամ հա-
սանիցէ պտուղ նեղութեանցն, ապա զովեմք զբա-
րերարն, և զարմացեալ ասեմք ընդ դաւթայ, եթէ
անցաք մեք ընդ հուր և ընդ ջուր, և հաներ զմեզ 'ի
հանգիստ:

Եւ արդ՝ կոչէ զնեղութիւնս բաժակ, և ոչ վայ-
րապար բաժակ, այլ 'ի ձեռին տն անապակ գինւով
լի խառնեալ: Պարզեալ բան բանիցն ընդդէմ իմն
հակառակութի թուի, զի խառնեալն և անապակ՝
ամենեւին իսկ չեն միմեանց նման. և արդ՝ ընդէ՞ր
իցէ անապակ և խառնեալ բաժակն: քանզի այ դա-
տաստանն և խրատն որ 'ի վերայ գայցէ՝ անապակ
է, և խառնեալ անապակ: Ոչ ինչ է խառն. ընդ
արդարութեն՝ իրաւութի. և ոչ անօրէնութի, և
ոչ ապիրատութի, և ոչ երկեան ինչ խառն ընդ ար-
դարութե. այլ արդարև սուրբ և անապակ է, տր,
և յստակ՝ ամէն դատաստանին, արդարակորով, և
լուսաւոր, քաղցրաւէս, համառօտախնդիր, ուղղա-
գործ, կշռաւորար, անաչառ: Վասն այնորիկ բաժակ
'ի ձեռին տն անապակ գինւով: քանզի չէ խառն ընդ
արդարութե անիրաւութի. և չիք անդ 'ի հակառա-
կորդաց՝ որ կարող իցէ երկեան 'ի ճշմարտութիւն
դատաւորին մուծանել. քանզի բաժակ է 'ի ձեռին
տն անապակ գինւոյ: Եւ եթէ անապակ գինւով,
զիա՞րդ իցէ լի և խառնեալ. չթուիցի՞ն քեզ հակա-
ռակ միմեանց բանքն, այլ միաբան է ճշմարտութին:
Անապակն է բաժակն, որպէս և բազում անգամ իսկ
ասացի, եթէ չէ խառն անիրաւութի ընդ արդարու-
թե. և խառնեալ, քանզի խառն է ընդ արդարու-
թե և մարդասիրութին: որպէս զի ասիցէ, թէ սուրբ՝
յարդարութենն է, և խառնեալ 'ի մարդասիրութե.
քանզի 'ի խրատելն ողորմի, և յողորմելն խրատէ:

afficiunt? medicus autem exacerbatis indulget; scit enim injuriam non ex voluntate provenire, sed ex dolore. Quando vero sanantur a morbis, mercedem etiam dant eis, quos crudeles credebant: dant, inquam, mercedes, non quia dare cogantur, sed ultro sponteque. Pariter et nos nunc aegre ferimus tribulationes; dum autem pervenerit fructus tribulationum, tunc benefactorem laudamus, et admirantes dicimus cum David, *Pertransimus nos ignem et aquam, et eduxisti nos in quietem*.

Vocat itaque tribulationes calicem; non qualemcumque calicem, sed in manu Domini mero vino plenum mixtum. At iterum secundum verba contrarietas quaedam existimatur; mixtum enim et merum penitus non adaequari videntur: quomodo ergo merus et mixtus sit calix? Quoniam Dei judicium et monitum superveniens merum est, et mixtum merum. Quid est mixtum? cum justitia jus, non autem injustitia, nec malitia, neque suspectum (vel improbandum) quidquam mixtum una cum justitia, sed plane sincerus merusque est, sanctus et limpidus oculus judicii, personarum non acceptor, lucidus, acutus visu, breviter resolvens, rectitudinis executor, ponderans, severus. Ideo calix in manu Domini cum mero vino, quia non est mixta cum justitia injustitia, et non est illic ullus adversarius, qui ambiguitatem in veritatem judicis ponere possit; quoniam calix est in manu Dei meri vini. Si ergo merum vinum, quomodo erit plenum et mixtum? non videntur tibi contraria inter se invicem verba? Concordat tamen veritas. Merus est calix, ut jam saepe dixi, quia non est mixta injustitia cum justitia. Mixtus autem, quia mixta est cum justitia humanitas quoque: ac si dixisset, pura justitia est, et mixta cum benignitate. Quoniam in castigando miseretur, et in miserendo castigat.

Իսկ ահա այլ իմն նոր սահման ճշմարտութեան. նշանակ խնամակալութեան և մարդասիրութեան այս, յորժամ խրատէ զմեղաւորս. նշանակ բարկութեան և ցասման, յորժամ չխրատիցէ զյանցուցեալն. յայնժամ երկիր լինի, որպէս թէ ասիցէ, և զերեսս դարձուցանէ, յորժամ յանցանիցես՝ և ոչ խրատիցէ. զոր սիրէ ասէ՝ Տր, տանջէ, գանալից առնէ զամենայն որդի՝ զոր յանձն առնու. յորժամ վասն յանցանութեան մեղաց զերեսս իւր դարձուցանէ, և ատանց խրատու և պատժոց թողու։ Իսկ ո՞վ իցէ՝ որ զայն յայտ առնիցէ. ինքն իսկ Տր մարգարէիւն, փոխանակ ասէ՝ զի անցէք զօրինօք իմովք, ոչ արարից այց դստերաց ձերոց՝ յորժամ պոռնկեսցին, և ոչ հարսանց ձերոց՝ յորժամ շնայցեն. որպէս զի ասիցէ, թէ մատնեցից զձեզ մեղացն, չտանջեցից զանիրաւութիւն, չարգելից զապականութիւն, չբժշկեցից ըզվէրս յանցանացն, այլ թողից տաց ձեզ մեռանել անդէն 'ի չարիսն ձեր։ Տես զիարդ յորժամ ցասուցու, սպառնայ չխրատել. և յորժամ ոտյդ սիրեսցէ, չհրաժարէ 'ի խրատելոյ։

Զև (1) արդ ցուցաւ Ոզիայք ընդ կարի մերում, և թէ զի՞նչ օրինակ աղօթիցն էր, և զի՞նչ կամի ցուցանել առակովն, Հայր եթէ հնար ինչ իցէ, անցցէ յինէն բաժակս. զի ոչ Աստուածեղէն ճոխութեան էր այն աղօթից բանք, այլ՝ մարդկեղէն անտեսութեան իւրոյ։ Իսկ յայտնագոյն Տէրն իսկ արար, եթէ մարմնոյ տկարութեան համարին խոնարհագոյն բանքն, երկեղին, և խռովութեան, և տրտմութեան. զի ստուգեսցի, թէ արդարև մարմնին չարչարելի առ., ոգին առէ յօժար է, բայց մարմինս տկար է։ յիշեցուցանեմ բազում անգամ զբանն, զի հաստատեսցից զմիտս ճշմարտութեան։ Նա եթէ ժպրհեսցի ոք որոշել զ[illegible] խնդրոյն որ 'ի մէնջ առաջաւ, յառաջ մատիցէ, իւր զէմս կացուսցէ, մարտիցէ ընդ մեր բանս. եթէ բաւական իցէ տալ պատերազմ ընդ Աստուածեղէն բանին, մի իբրև զթշնամի փախուցեսցէ, այլ իբրև զնահատակ մի՝ որ 'ի վերայ ճշմարտութեանն մարտնչիցի,

(1) Vel potius, *veretur*; quod aequivocum est, et potest con-

Vide et alteram eamque novam definitionem veritatis. Indicium providentiae atque benignitatis Dei est, dum castigat peccatores; indicium vero irae et indignationis, quando non castigat delinquentem. Tunc time Deum, quasi oderit, vultumque averterit, dum delinquas, et non castiget. *Quem diligit*, ait, *Deus, castigat: flagellis caedit* (*vel implet*) *omnem filium, quem amat* (1): a quo ob multitudinem peccatorum avertit faciem suam, et sine castigatione et punitione derelinquit. Ecquis id declaraverit? Deus ipse per prophetam, dicens: *Quandoquidem praetergressi estis legem meam, non visitabo filias vestras, quum fornicentur, neque sponsas vestras, dum adulterent*; volens dicere, tradam vos peccatis, non castigabo iniquitatem, non impediam corruptionem, non curabo vulnera delictorum, sed in ipsis malis vestris vos mori permittam. Vide, quomodo dum irascatur, non castigare minetur; dum autem vere amet, non a castigando recedat.

Nondum demonstratum fuit, Fratres, ut par erat nobis, quis modus orationis erat, et quid velit manifestare, cum dicit, *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste*. Quoniam non Divinae majestatis sunt illa verba, sed humanae suae dispensationis. Et evidentius Dominus ipse reddidit, quod carnis infirmitati adscribenda sunt illa humiliora timoris, et conturbationis, tristitiaeque dicta; namque ut constaret vere carnem doloribus obnoxiam sumsisse, dixit: *Anima prompta est, corpus tamen debile.* Frequenter in memoriam revoco vobis verbum, ut sententiam veritatis confirmem. Quodsi quis arroganter solutionem quaestionis a nobis prolatam seponere audeat, accedat in medium, sistat, cum nostris verbis pugnet: si sufficiens sit bellum committere cum divino verbo, ne tamquam inimicus obmurmurabit, sed tamquam pugil quidam super veritatem dimicabit, palamque congredietur.

jungi cum sequentibus.

յայս յանդիմանս կռուեսցի : Նոյն այս ցանկա վայրք բուսականս լիցի . զի ոչ ինչ յառաջինն կայր՝ յայնս եկաք, և 'ի նոյն հանգուցուցաք զբանսս : Խօսի ինձ թէ կատարեալ և բուսական ցուցաւ առաքինութեան օրինակ, և բանիս մեկնութիւն . քանզի ոչ, եթէ յետ այսչափ վկայութեան ոք հակառակեսցի, այնու ինչ ճշմարտութիւն աղարտեսցի . որպէս և պօղոս ասէ, եթէ ոք կամեսցի հակառակող լինել, մեք չունիմք այնպիսի ինչ սովորութիւն, և ոչ եկեղեցի այ . քանզի մեք 'ի գրոց ուսաք հաւանել, և ոչ խուզական որոճանս որոճել . և ես աղօթս առնեմ ընդ գրոց ախտալել, և ոչ ընդ պղատոնի ճարտարել :

Որ առաւօտու՝ շատ և բուսական լիցի մեզ, և միայն զաղքատս յիշեսցուք . վասն որոյ և պօղոս այսօր բարիոք յիշեցոյց մեզ . պետրոս և յակոբոս և յովհաննէս ձեռն ետուն հաւանութեան ինձ և բառնաբայ, զի մեք 'ի հեթանոսս, և նոքա 'ի թլփատութեան . և 'ի նոյն յարեաց վազվաղակի, եթէ բայց միայն զաղքատս յիշեսցուք : Յիշեսցուք և մեք զաղքատս : զաղքատս՝ զի զանձինս յիշեսցուք . եթէ այլում ողորմեսցիս, քեզ ողորմիս . անձինդ բարի առնես, և թէ աղքատին բարի առնիցես, անձինդ սերմանես, քեզ հնձես . առն սերմանի ողորմածութիւն, և յերկինս հնձի բարերարութիւն : Նա մի ասիցես, եթէ զի՞նչ արարից, զի կարօտութե՞ կապեալ եմ . կամիմ ողորմել, այլ չե՛մ ձեռնհաս . ախորժեմ բարի առնել, այլ չառնէ զբան իրացն անձկութիւն : Որչափ կարող ես՝ արա . որչափ ձեռնհաս իցես գործել ընդ բարիս, գործեա : Սուարուք մի միայն լսել անձկալ, այլև ողորմել անձկեալքդ : և լուր եսայեայ, եթէ տացես հաց քաղցելոց սրտի միօք : զի՞նչ է սրտի միօքն . փոխանակ ասելոյ, թէ ուստի ուտելոց իցես, եթէ առնուցուս և տացես, և հաղորդ առնիցես կերակրոյն քում զաղքատն, անձինդ ողորմեցար, որով զնա կերակրեցեր : Յիշեցէք արդեօք, գիտեմ զի յիշէք և զառաջինն որ վասն ողորմութեան ասացաք : Ողորմածութիւն այ բարեկամութեան առիթ լինի . ողորմածութիւն՝ մեղաց թողութիւն գործէ . ողորմածութիւն 'ի մահուանէ փրկէ : Նորանէլին տաբիթա, որ ո-

Caeterum haec hactenus satis, quoniam ad propositum jam pervenimus, et in eo faciamus, ut sermo quiescat. Videtur mihi, quod perfecte planeque demonstrata fuit ratio dispensationis (incarnationis), et explicatio praesentis verbi: non enim si post tot et tanta testimonia quis resistet, eo veritas vituperetur. Sicut et Paulus dixit: *Siquis vult contentiosus esse, nos non habemus talem consuetudinem, neque Ecclesia Dei*. Quoniam nos a Scripturis didicimus consentire, non vero curiositatis escam ruminare; et ego sane optarem cum Scripturis errare, quam cum Platone sophistice procedere.

Quod ergo dictum est, satis nobis erit, dummodo pauperum memores simus; qua de re et Paulus hodie nobis bene suggessit, dicens: *Petrus, et Jacobus, et Joannes manum dederunt consensûs mihi et Barnabae, ut nos in Gentibus, et illi in circumcisione;* et his adjiciens illico: *tantum modo pauperes commemoremus*. Memores simus et nos pauperum; pauperum sane, ut nostri meminerimus. Si alterius misereris, tui misereris. Tibi ipsi bene facies, si pauperi benefacies: tibi seminas, tibi metis. Hic seminatur eleemosyna, et in caelis metitur beneficium. Neque dixeris, quid agam, quia egestate devinctus sum? volo misericordiam exercere, sed impos sum; delector benefacere, sed non adstipulatur rerum angustia. Quantum potes, fac: quantum benefacere vales, fac. Discite (aut didicistis) non solum audire desiderare, sed etiam misereri desiderantes. Audi Isaiam dicentem: *Si dabis panem esurientibus spontaneo animo*. Quid sit, *Spontaneo animo*? Vult nempe dicere, unde manducaturus es, si sumens dabis, participemque facias cibo tuo pauperem, tui ipsius misertus es, quo illum cibasti. Memineritis utique; scio enim quod etiam antea de misericordia dicta memoratis. Misericordia amicitiae Dei conciliatrix est: Misericordia remissionem peccatorum operatur: Misericordia a morte salvat. Beata Tabitha, quae per legem naturae morti tradita est, gratias agentibus viduis, rursum de mor-

րինօք բնութեան մատնեցաւ մահու, և զուհութեամբ այրեացն դարձաւ միւսանգամ՝ ի մահուանէ ՚ի կեանս. քանզի աղքատացն արտասուք զմահու դրունս քակեցին: Մի՛տ դիր, որչափ ինչ կարող են վճարել աղօթք տնանկին. յորժամ մեռաւ տաբիթայն՝ որ բարիոք գործօք լի էր, ամենայն այրիքն եկեալ շուրջ կային զպետրոսիւ, և արտասուէին. և արտասուք աղքատացն ցածուցին զուժն, մանաւանդ եթէ բռնութեան իսկ մահու յաղթեցին. զի որ մեռաւն ըստ օրինաց բնութեան, դարձաւ անդրէն բանիւ շնորհացն: Լի էր ողորմութեամբ և գործովք բարեաց. արտասուեցին այրիքն, և ածին յաղերս զած. մեռանելն ըստ բնութեանս է, և յարուցանելն՝ արտաքոյ և ՚ի վեր քան զբնութիւնս. զի եթէ զարտաքոյ քան զբնութիւն կարացին վճարել արտասուք տնանկացն, զըստ բնութեան չկարասցե՞ն վճարել: Օ՜ մնս ած, որչափ բաւական են քուք այրւոյ, յորժամ զհարանէ քուքայցէ. եթէ քուքայցէ աղքատ զմեծէ՝ որ հարստահարիցէ, եթէ քուքայցէ որբ զզրկողաց, որպիսի վրէժս գործեսցին: Մի՛ քուքասցէ զքէն աղքատն, և մի հառաչեսցէ տնանկն. և մի կողկողեսցի և բողոք բարձցէ զքէն որբն. այլ սերմանեալ յորբս ողորմածութիւն, զի քոց որդւոցն զամձեսցես մարդասիրութիւն:

Նմանեաց էր աբրահամու, որ յամենայն կարօտեալս սփռեաց զգութ մարդասիրութեան, և՝ ծննդոց իւրոց եթող զգթրաւական փրկութեան: Այս տես զզարմանալին, զի վասն հիւրասիրութեան մեծարանաց՝ և զհրեշտակս ա՛յ արժանի եղև ընդունել. ընկալաւ հիւրասիրութեամբն զհրեշտակս, զոր մարդիկ կարծէր. և յետոյ իմացաւ, եթէ հրեշտակք էին: և ընդ նոսա եկեալ զած: Այս քանզի սիրեաց զհիւրասիրութիւն, սեղան անզբաւ եռ ընդ այնր նմա ած. քանզի զքաղաքան ամ՝ մինչ դեռ օտար էր յանապատին ժողովուրդն որ ՚ի նմանէ էր, ած կերակրեաց զնոսա առատութեամբ. քանզի պատրաստեաց նոցա սեղան յանապատին. ինքնագործ խորտիկս եռ որդւոց նորա

te in vitam rediit; quoniam lacrymae pauperum mortis portas dissolverunt. Considera, quantum preces inopum perficere possunt. Quum mortua esset Tabitha bonis operibus plena, viduae omnes advenientes circumstabant Petro, et lacrymabantur: lacrymae autem pauperum luctum sedarunt, imo tyrannidem etiam mortis vicerunt: quae enim mortua est secundum naturae legem, ratione gratiae ad vitam reversa est. *Plena erat misericordia operibusque bonis*; lacrymantes viduae placarunt Deum. Mori secundum naturam est, suscitare autem praeter et supra naturam. Quodsi rem praeter naturam lacrymae inopum potuerunt perficere, opus secundum naturam non valebunt peragere? Meditare, quantum praevaleat gemitus viduae, quum de divite ingemiscat; si pauper de opulento vim sibi faciente tristetur, si orphanus de oppressoribus injuriis queratur, quae vindictae superstant? Ne ingemiscat de te pauper, nec suspiret inops, neque ululet clametque de te orphanus, sed in orphanis misericordiam sere, ut filiis tuis benignitatem divitem compares.

Imitare Abraam, qui in omnes egenos viscera humanitatis effudit, et natis suis pignus salutis reliquit. Vide autem mira, quia propter honorem hospitalitatis (1) Angelos etiam Dei recipere dignus efficitur. Hospitio Angelos excepit, quos homines arbitrabatur, postea autem Angelos esse cognovit, atque cum illis Deum vidit. Quia vero adamavit hospitalitatem, ei pro illa Deus mensam lautissimam sive infinitam praestitit: siquidem per quadraginta annos, dum peregrinabatur in deserto populus ab ipso prognatus, Deus eos copiose cibavit. Quoniam paravit eis mensam in deserto, dapesque a se confectas dedit filiis ejus quadraginta annis in deserto, nutriens populum, qui ex

(1) Vel, honorificam hospitalitatem.

զքառաստան առ յանապատին, և կերակրէր զժողովուրդն որ յաբրահամն էր՝ վասն սեղանոյ օտարասիրութեան աբրահամու։ Նոյն քանզի հովանի ծառոյն զբաղում աղքատս զովացուցանէր, նմին հովանոյ զովացուցանէր զժողովուրդն, և պահէր բարիոք զոստան յանծապաշտ արմատոյն։ Նոյն աստ զսքանչելեան, որպիսի տուր հատուցանէր. զհաց հրեշտակաց կերան մարդիկ։ յիրաւի իսկ էին նմանագոյնս։ Վասն զի և աբրահամ զհրեշտակս ընկալաւ. քանզի զմարդկան հաց հրեշտակք կերան, վասն այնորիկ և զհրեշտակաց կերան մարդիկ։ Զի այնպէս իսկ մատչի յառաջ օտարասիրութիւնն. ընկալեալ զմարդիկ՝ ժամանէ և զհրեշտակս ընդունել, և 'ի հրեշտակաց ասպանջականութեան՝ ժամանէ և այ ասպանջական լինել. քանզի ա̃ծ է որ զհրեշտակն ընդ իւր ասպատաւորս ունէր։ Ուստի և տ̃ր մեր յ̃ս միածին որդին ա̃յ՝ յորժամ զպատգամ մարդասիրաց սեղանոյն Ճաշեաց, ասէ. որ զձեզ ընդունի՝ զիս ընդունի։ ապա ընկալաւ ուրեմն օտարասիրութեամբ և երանելին աբրահամ զա̃ծ։

Նոյն աստ զզարմանալեան. երիս տեսանէր, և միում միայն երկիր պագանէր. զի չասաց, եթէ տեարք, այլ թէ տէր. երիս տեսանէր, և զմինն օրհնէր։ Բայց այժմ չէ ժամ զայն Ճշդիւ քննելոյ, այլ զօտարասիրութեան բանն 'ի հանդիսի անցուցանելոյ։ Քանզի ընկալաւ և հանգոյց, աստ զնոր խորհուրդս ա̃յ մարդասիրութեան, եթէ որպիսի պարտս հատուսցէ մարդասէրն. Ես եմ ասէ ա̃ծ հարցն՝ որ իջի յերկնից. դու կերակրեցեր զերկնաւորս, և ես զերկնաւոր կերակուրն տաց քոց ծննդոց։ Արտաքոյ քան զբնութեն հրեշտակաց՝ կերան հրեշտակք զմարդկան կերակուր, և արտաքոյ քան զբնութիւն մարդկան՝ վայելեն մարդիկ յերկնաւոր հացէն. ոչ այս կերակուր ընտանի է հրեշտակաց բնութեն, և ոչ այն ինչ յանգէր 'ի մարդկան բնութիւն. այլ այժմ չէ ժամանակ Ճշդիւ և դատակաւ 'ի հանդիսի անցուցանելոյ։ Բայց դու փափաքեա՛ օտարասիրութեն վարուց, և Ճգնեաց զբարիոք Ճգնութիւն վասն աղքատաց, զի անձին զանձս համբարեսցես։ Ունիս զմաձն արօրոյն,

Abraam erat, propter mensam hospitalitatis Abraam. Quoniam autem umbra arboris plurimos pauperes refrigerabat, nubes obumbrans frigefaciebat populum, et optime ramos piae radicis servabat. Caeterum vide mirabilia, qualem retributionem rependebat; *Panem Angelorum manducarunt homines*. Rite apteque. Quoniam et Abraam Angelos recepit: quia autem hominum panem manducarunt Angeli, ideo et Angelorum panem manducarunt homines. Sic enim promovetur hospitalitas; susceptis hominibus, et ad Angelos recipiendos pervenit: atque a receptione Angelorum attingit ut hospitio Deus accipiatur. Deus enim erat, qui Angelos secum ministros habebat. Unde et Dominus noster Jesus unigenitus Filius Dei quum de mensae benignorum morum fructu egisset, dixit. *Qui vos recipit, me recipit;* Sic ergo et beatus Abraam per hospitalitatem Deum recepit.

Verum cerne mira. Tres cum vidisset, unum solum adorabat: non enim dixit, Domini, sed Domine. Tres videbat, et unum benedicebat. Nunc tamen non est hora id examinandi, sed hospitalitatis rationem ostendendi. Quoniam suscepit, et quiete donavit, vide novum mysterium benignitatis Dei, quale debitum reddat humanissimus. Ego sum, ait, Deus Patrum, descendens de caelo. Tu cibasti caelestes, et ego caeleste cibum progeniei tuae praestabo. Praeter naturam Angelorum manducarunt Angeli hominum cibum; et praeter naturam hominum homines de pane caelesti fruuntur. Non iste cibus familiaris est Angelicae naturae, neque ille humanae naturae quadrabat. Sed non est tempus accurate haec perpendendi. Tu autem desidera virtutem hospitalitatis, et optimum exercitium in pauperes exerce, ut tibi ipsi thesaurum deponas. Habes manum ad aratrum, in agris inopum semina. *Distribuit*, ait, *et dedit egenis; justitia ejus manet in aeternum*. Haec hucusque satis: quoniam

ստրամանեալ յանդգն անանկաց․ բաշխեաց առէ, և ետ օրհնաց, արդարութիւն նորա մնայ յաւիտեան։ Նայ այսչափ բաւական լիցի․ զի յիշեցուցանել միւսան-գամ զաղքատաց ոչ յուսումն ինչ եղև, այլ՚ի հաս-տատութիւն․ քանզի առաջինքն իսկ որ առացան՝ բա-ւական էին յորդորել զմտավարժան։

Ապաւինեսցուք այսուհետև հօրս հոգևորի, որ Ճշ-մարիտ վարդապետս է եկեղեցւոյ․ ասասցուք և մեք ՚ի դէպ ժամանակի ցամ, եթէ զարթիք փառք իմ, զարթիք սաղմոսարանդ, և քնարդ, զի կարօտ եմք քո վարդապետութեանդ, և հայրենի բարբառոյդ ՚ի հաստատութիւն մերոց բանից։ Թէպէտև բազում իցէ ալիւրն, այլ և սակաւ միխմորոյ պէտք են․ Թէ-պէտև բազում բանս խօսեցաք, այլ կարօտ եմք հայրենի օգնականութեանդ, յարդարել և՚ի հաստատել զմեր բանս, ՚ի փառս քսի այ մերոյ, որում փառք յաւիտեանս յաւիտենից․ ամէն։

ՃԱՌ Ժ․

Նորին ուրումն Սեւերիանոսի ՚ի հրաւիրելոյ ՚ի Գլորուբէն[1]։

Որ զի իմաստուն էր սողոմոն, ըստ իւր աշխարհիս կենաց զժամանակս յայտնի արար․ հուրաքանչիւր որ լինելոց էր, զդէպսն ժամանակին մեկնեաց․ ասաց, ամենայնի ժամանակք են, և ժամ է ամենայն իրաց․ ժամ է ծնանելոյ, և ժամ է մեռանելոյ։ Բայց ես հիմաստնոյն զպատասխանին փոխեցից, և ասացից, և քարոզեցից ձեզ զփրկութեան քարոզութիւն, եթէ ժամ է մեռանելոյ, և ժամ է ծնանելոյ։ Իսկ զի՞նչ է բանս յեղափոխելոյս ըստ միմեանս․ վասն զի որ

1 Այս Ճառ կայ և ՚ի կարգի գործոց մեծին բարսղի․ յն․ և լտ։

(1) Quis eruditorum non noverit praesentem sermonem inveniri inter opera S. Basilii magni? Tom. II. pag. 113. edit. Paris. 1732. Verum deinceps datur eis licentia, ut dijudicent ex stylo Severiani nostri, et Basilii, cui potius eorum adscri-

suggerere iterum de pauperibus non ad instructionem fuit, sed ad confirmationem; anteriora enim etiam dicta ad hortandos ingeniosos sufficiebant.

Expectemus dehinc patrem spiritualem, verum Ecclesiae doctorem. Dicamus et nos tempore opportuno ad hunc, *Surge gloria mea, expergiscimini Psalterium et cithara,* quoniam doctrinae tuae, patriaeque vocis in affirmationem sermonis nostri indigemus. Etsi multa sit farina, sed etiam pauci fermenti opus est: quamvis plurima verba locuti sumus, sed paterno auxilio ad honorandum confirmandumque nostrum verbum egemus in gloriam Christi Dei nostri; cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA X.

Ejusdem Sancti Severiani ad invitatos in Baptismum [1].

Qui cum sapiens erat Salomon, juxta negotia hujus vitae tempora manifestavit, et cujusque rei agendae opportunum tempus secernens, dixit: *Omnibus tempus est, et hora est omni rei. Hora est pariendi (vel nascendi), et hora est moriendi.* Ego tamen Sapientis responsum demutans, dicam, atque praedicabo vobis salutis praeconium, quod Hora est moriendi, et hora est nascendi. Quae vero hujusce commutationis sit ratio? Quoniam qui de corporis generatione corrupti-

bendus sit. Nos Armenam lectionem de more fideliter Latine exprimimus, adnotatis quibusdam differentiis gravibus, siquam videamus inter Arm. et Gr. et Latinam aliorum versionem in Basilio.

մարմնոյս ծնունդք ապականութեան խօսի զմարմնոյ որդութէ, զծնունդն կանխաւ առնել է քան զմահ. քանզի ոչ է հնար զփորձ մահու առնուլ, եթէ ոչ յառաջ նախ ծնեալ. այլ եւ զհոգւոցն վերստին ծննդենէ ճառեմ, վասն այսորիկ զմահ կանխաւ կարդացի քան զկեանս. վասն զի 'ի մեռանել մարմնոյ՝ հաստատի 'ի մեզ ծնանել ոգւոյ. որպէս ասաց ինքն Տէրն, ես սպանանեմ, եւ ես կեցուցանեմ: Մեռուցուք զմարմինս մեր, զի ընդ նմա կենդանի եղիցուք. սպանցուք զխորհուրդս մարմնոյս, որ ոչ կարէ հնազանդել օրինացն այ. զի խորհուրդք հոգւոյ հզօր եղիցին 'ի մեզ, յոյր ձեռն կեանքն եւ խաղաղութիւն հաստատուն լինին 'ի մեզ: Թաղեալք եղիցուք ընդ քի՝ որ վասն մեր մեռաւ, զի ընդ նմա յարիցուք՝ որ մեզ յարութեան առաջնորդ եղեւ.

Բայց ժամն այլոց այլ ինչ դիպող իցէ; յուր ժամ քնոյ է, յուր ժամ հսկելոյ է, յուր ժամ պատերազմի է, յուր ժամ խաղաղութեան: իսկ մկրտութեան ամենայն ժամ է 'ի կեանս մարդկան: Ոչ մարմնոյ կեանք են առանց շնչոյ, եւ ոչ հոգւոյ հանգիստ՝ առանց ճանաչելոյ զարարիչն իւր. վասն զի մահ է հոգւոյ՝ որք զած ոչ ճանաչեն: Իսկ որ ոչ է մկրտեալ, նորա ըղլյս ոչ է առեալ. եւ առանց լուսոյ ոչ ակն զիւր մասն տեսանէ, եւ ոչ ոգի զայ տեսիլ ընդունել կարէ: Ամենայն ժամանակ դէպ 'ի մկրտութեան փրկութիւն. թէ առեւ գիշերի, թէ 'ի տուընջեան, թէ 'ի ժամու, թէ 'ի կէս ժամու, կարի յոյժ բարիոք, եւ արժանի եւ 'ի ներքին ընդանէբար քան զօրն զատկի: զինչ այլ ազնիւ է 'ի մանկութիւն, վասն զի է եւ յիշատակ յարութեան նորա. իսկ մկրտութիւն զօրութիւն է յարութեան. իսկ արդ 'ի կանգնութեան նորա յաւուր՝ զյարութեան շնորհս ընկալցուք: Վասն այսորիկ 'ի հեռատանէ եկեղեցին զմնուցեալս իւր 'ի բարձր քարոզութիւն կոչէ. զի զոր կանխաւն երկնեաց, զի յայնժամ ծնցի եւ սնուսցէ, եւ մեկնեսցէ 'ի կաթանէ զնոսա 'ի բանս ուսմանն, զի 'ի կարգս հաստատուն կերակրոյն հասցեն:

(1) Gr. Lt. habet τῇ σωματικῇ ἑπόμενος φύσει. corpoream naturam sequutus.

bili agit una cum munditia corporis [1], nativitatem prius proponat necesse est, quam mortem: nequit enim experiri mortem, nisi prius quis natus fuerit. Sed ego de animarum regeneratione acturus, ideo mortem antea legi quam vitam; etenim mortificato corpore, confirmatur in nobis, ut nascatur anima; sicut ipse dixit Dominus: *Ego mortifico, et ego vivifico*. Mortificemus ergo corpus nostrum, ut cum ipso vivamus. Occidamus consilia carnis, quae non potest obedire legi Dei; ut consilia Spiritus fortificentur in nobis, quibus vita et pax confirmantur in nobis. Sepeliamur cum Christo pro nobis mortuo; ut resurgamus cum illo, qui nobis resurrectionis dux fuit.

Caeterum horae aliis aliae opportunae erunt; sua hora dormiendi est, sua hora vigilandi; propria bello hora, et propria paci. Baptismi autem omnis hora est in vita hominum. Nec corporis vita est sine respiratione, neque animae quies sine cognitione Creatoris sui. Siquidem mors est animae non cognoscere Deum. Qui vero non est baptizatus, ille lumen non accepit; sine autem luce nec oculus suam videt partem, neque anima Dei visum recipere potest. Omne tempus opportunum est pro salutari baptismo, sive nocte dixeris, sive die, sive hora, sive media hora, optime quadrat, atque dignius et familiarius, quam dies Paschatis [2]. Quid Paschate nobilius ad juventutem (induendam) [3], quum etiam memoria sit resurrectionis suae? Baptismus autem virtus est resurrectionis. Itaque in die suscitationis ejus gratiam resurrectionis recipiamus. Quapropter a longinquo Ecclesia alumnos suos alta voce praedicationis vocat; ut pote quos antea parturivit, tunc pariat, nutriatque, et de lacte illos in verba disciplinae adducat, ut in ordinem constantis cibi perveniant.

(2) Haec paullo aliter in Gr. Lat. (3) Gr. ad baptismum.

Յօժարանօք քարոզեր զմկրտութի՟ ապաշխարութե՟, և ելանէին երթային առ նա ամենայն Հրէաստան ։ Տէր քարոզէ զմկրտութիւն որդեգրութե՟, և ոչ իցէ յայտնեալ՝ որ 'ի նա յուսացեալ իցէ, և ոչ հնազանդի . զի այն մկրտութի՟ առաջնորդ էր, իսկ այս կատարեալ է . նորայն որոշումն էր 'ի մեղաց, իսկ այս մկրտութի՟ ընդունելի է լինել ոչ ։ Միոյ անձն էր՝ յաւանանաւ քարոզութե՟ն, և զամենեսեան ձգէր յապաշխարութի՟ . իսկ դու 'ի մարգարէից ուսիր, զի ասէ, լուացարուք սրբեցարուք . 'ի սաղմոսաց խրատիս, մատիք առ նա և առէք զլոյս . յառաջբերելոց աւետարանիս, ապաշխարեցէք և մկրտեցարուք իւրաքանչիւր յանուն տն՟ մերոյ յսի՟ քի՟ 'ի թողութի՟ մեղաց, և առէք զպարգևս հոգւոյն սրբոյ ։ 'Ի նմին 'ի տնէ ընդունելի ես . զի իւրքն ասէ, եկայք առ իս ամենեքեան՝ որք վաստակեալ էք, և ունիք զբեռինս ծանունս, և ես հանգուցանեմ զձեզ ։

Այս ամենայն այսօր 'ի մի ժողովել պատարագամաց պատահեցին, և զանազանքս, և խորհքս, և հեղգքս . և 'ի տղայութէ զբանն ուսանիս, և չև միաբանեցեր ընդ սուրբութե՟ . յորժամ ժամ ուսանիս, և երբէք ոչ եկիր 'ի գիտութի՟ . փորձիչ ես, կենաց լրտես մինչ 'ի ծերութիւն . Երբ ծանիցուք իբրև զմեր ։ Հերու ամյամ ամի սպասէիր, այս ամ 'ի միւս ամ առնես ։ Տեսջիր մի գուցէ զտանեցիս հեռացեալ 'ի կենաց . հանապազ զխոստումն առնես, և գիտես ոչ, զինչ բերէ քեզ վաղիւն . մի խոստանար՝ որ ոչ քո են ։ 'Ի կեանս կարգամք զքեզ ով մարդ, զի՞ փախչիս 'ի կոչոյ . 'ի բարութե՟ բնութի՟ կոչեմք զքեզ, զի՞ զանգացանես զքև զպարգևս . արքայութի՟ն երկնից բացեալ է . և որ կոչէն՝ չէ՞ սուտ . և ճանապարհ դիւրին է ։ ոչ ժամանակք բազում, ոչ ծախք, ոչ վաճառք իւիք պէտք ։ Օ՜ հեղգաս, զի՞ անպատահակիր, ընդէ՞ր երկնչիս 'ի լծոյ իբրև ընչուղ արմուղ . քաղցր է, թեթև է . ոչ հարկանէ զմիտս, այլ փառաւորէ . ոչ պնդեն սամետէք զպարանոց . անձնիշխան է, խնդրէ զայն որ ընդմասանէ, և ձգէ . Տեսանես, զի չարաչա-

Joannes praedicabat baptisma poenitentiae, et exibat ad eum omnis Judaea. Dominus praedicat Baptismum adoptionis filiorum; et quis est ex istis, qui in illum speret, et non obediat? Illud enim baptisma dux erat viae, hoc autem perfectum est. Illius baptismus separatio erat a peccatis, hic autem baptismus est familiaritas cum Deo. Unius viri erat Joannis praedicatio, et omnes attrahebat in poenitentiam. Tu autem ex Prophetis habes dictum, *Lavamini, mundamini (sanctificamini)*. Ex Psalmis moneris, *Accedite ad Dominum, et accipite lumen*. Ex Apostolis evangelizaris, *Poenitentiam agite, et baptizemini singuli in nomine Domini nostri Jesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis dona Spiritus sancti*. Ab ipso Domino exciperis; ipse enim dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, habetisque onera gravia, et ego reficiam vos*.

Haec omnia hodie in uno coetu oraculorum contigerunt; et tu cunctaris, et cogitas, et pigrescis? Ab ipsa puerili aetate verba discis, et nondum unitus es cum veritate. Quotidie discis, et nunquam ad scientiam pervenisti. Tentator es, vitae explorator usque ad senium. Quandonam agnoscamus te sicut nostrum? Anno transacto annum praesentem expectabas; hunc annum in alterum remittis. Vide, ne invenieris elongatus de vita. Semper promittis, nescius quid tibi afferat mane; ne pollicearis non tua. In vitam invitamus te o homo, cur fugis invitationem? In bonitatis naturam vocamus te, quare praetermittis dona? Regnum caelorum apertum est, et qui vocat, non mentitur; et via facilis: non multo tempore, non sumptibus, neque negotiatione (1) opus est. Quid moraris, quid resilis? cur metuis jugum tamquam juvenca jugum nondum experta? *Suave est, leve est*. Non percutit cervicem, sed glorificat: non comprimunt lora collum: liberi arbitrii est, quaerit ultro intrantem trahentemque. Vides accusatum Ephraem tamquam vitulam oestro con-

(1) πραγματείας. al. *labore*.

սէս զեփրեմայ իբրև զաւանդող (կամ զաւխնադող) երինջի սոսահակութի մոլորէ[1] . այս է, զի զօրինացն լուծն անարգեաց ։ Դի՛ր 'ի ներքոյ լծոյ զորմուղ վիզս, և լծր անդրուար քմի . զի մի 'ի քացեայ զասանիցիս 'ի սամեաց, և մի յազատութի կենաց աշխարհիս, և դիւրին լինիցիս կերակուր գազանաց ։

Ճաշակեցէք և տեսէք, զի քաղցր է Տէր . զքաղցրութի մեղուի զիարդ պատմեցից ձեզ . որ ոգէսոք էք՝ Ճաշակեցէք . համճար՝ բանի ամենայնի հզօր է առ փորձ ։ Հրեայն զԹլփատութի ոչ զանցուցանէ՝ վասն սպասաւորութե[2] օրինացն . և այն զի առացաւն, ամենայն անձն որ ոչ Թլփատեսցի յաւուր ութերորդի, սատակեսցի 'ի ժողովրդենէ ատրի յայսմանէ . և դու զաւանց ձեռաց տանելոյ Թլփատութի յապաղես, 'ի մերկանալ զմարմնոյ՝ մկրտութբ կատարեալ լինել ։ Լուր 'ի նմին տնէ, արդարև ուսեա ձեզ, եթէ ոչ միւսանգամ վերստին ծնջիք 'ի ջրոյ և 'ի հոգւոյ, մի մտջիք յարքայութին երկնից ։ Յայնմ Թլփատութե ցաւք են և կեղք . իսկ յայսմ ցօղ, և սատի վիրաց բժշկութի ։ Երկիր պագ. այնմ . որ վասն քո մեռաւ . այսուհետև առանձնեամ Թաղել մկրտութբ . եթէ ոչ անկակից լինիս նմանութե մահու նորա, զիարդ հաւասարորդ լինիցիս յարութե նորա ։

Իսրայէլ 'ի մովսիսէ մկրտեցաւ յամպն և 'ի ծովն . քեզ օրինակ եա, և նշանակեաց զկնի ժամանակաց ցուցանել քեզ զճշմարտութի . բայց դու խուսափես 'ի մկրտութենէ . ոչ 'ի ծով օրինակեալ, այլ 'ի ճշմարտութի կատարեալ . ոչ յամպ, այլ 'ի հոգի . ոչ 'ի մովսէս ծառայակից, այլ յարարիչն ։ Իսրայէլ եթէ ոչ անցեալ էր ընդ ծովն, ոչ մեկնեալ էր 'ի փարաւոնէ . և դու եթէ ոչ անցցես ընդ ջուր աւազանին, ոչ մեկնեսցիս 'ի դառնութէ բռնութե սատանայի ։ Ոչ էր արքեալ նորա 'ի հոգևոր վիմէ անտի, եթէ ոչ օրինակաւ մկրտեալ էր . և ոչ քեզ ոք տայ զճշմարիտն ըմպելի, եթէ ոչ ճշմարտութեամբ

1 Յն. աւիւնիւ ընդոստուցեալ (παροιστρῶσα) երինջ, որ սոսահակութբ մոլորի ։
2 Յն. սպասաւորաց ։

citatam deserentemque jugum, et arroganter errantem, eoquod jugum legis despexit. Pone sub jugum indomitam cervicem, et esto jumentum Christi: ne, elongatus a ligno jugi, vel libertate usus vitae mundi, facilis sis esca ferarum.

Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus. Dulcedinem mellis quomodo referam vobis? qui ignoratis, gustate. Intellectio (sensus) omni re validior est ad experimentum. Judaeus circumcisionem minime differt ob ministerium [1] legis; imo quod dictum sit, *Omnis anima quae non circumcidatur die octavo, deperdatur ex populo isto*. Tu autem immanufactam circumcisionem procrastinas, ut nudato corpore per baptismum perfectus sis. Audisti Dominum ipsum: *Vere dico vobis, nisi renati fueritis ex aqua et Spiritu Sancto, non intrabitis regnum caelorum*. In illa circumcisione dolor est et ulcus, in hac autem ros[2], et cordis vulneris sanatio. Adora eum, qui propter te mortuus est. Assentire itaque per baptismum sepeliri. Nisi complantatus fueris similitudini mortis ejus, quomodo ejus resurrectionis particeps eris?

Israel a Moyse baptizatus fuit in nube et mari; typum tibi exhibuit, significavitque quod post tempora tibi veritatem ostenderet. Tu vero baptismum fugitas, non in mari delineatum, sed in veritate perfectum; non in nube, sed in Spiritu; non in Moyse conservo, sed in Creatore. Israel nisi transmeasset mare, non a Pharaone recederet: et tu nisi transeas per aquam lavacri, ab acerbitate tyrannidis diabolicae nunquam recedes. Non ille de spirituali illa bibisset petra, nisi in aenigmate baptizatus fuisset: neque tibi dabit quisquam verum potum, nisi in veritate baptizaberis. Manducavit ille panem Angelorum post baptisma; et

(1) Gr. ἀπειλήν. comminationem.

(2) Adde ex Gr. animae.

մկրտիս ։ Եկեր նա զհաց հրեշտակաց յետ մկրտութեան, և դու ոչ կարես ուտել զկենդանածին հաց, եթէ ոչ ընկալցիս զմկրտութիւն ։ Եմուտ նա յերկիրն պարգևաց յաղագս մկրտութեանն, և դու զիա՞րդ դարձցիս 'ի դրախտն, եթէ ոչ դրոշմեսցիս աւազանաւն. ո՞չ գիտես՝ եթէ հրեղէն սրոյն [1] հրամանն տուեալ է պահել զճանապարհս ծառոյն կենաց ։ Թերահաւատիցն՝ անհեղ բոց է. իսկ հաւատացելոց հեզեալ է, և ընդդանէկար լոյս տայ ։ Շրջել հրամայեաց նմա (այսինքն սրոյն) Տ̃ր. յորժամ տեսանէ զհաւատացեալսն, թիկունս շրջէ. յորժամ տեսանէ զոք յանդրոշմից, համարձակապէս յառաջ պատահէ ։

Եղիա ընդ կառաց հրեղինաց և 'ի ձիոց հրեղինաց ոչ զարհուրեցաւ, այլ յիղձս ճանապարհին վերնոյ՝ յահաւորին համարձակեցաւ, և ել 'ի բոցեղէն կառսն, ոչ [2] մարմնով կենդանեաց այսօր ։ Իսկ դու ոչ եթէ 'ի հրեղէն կառս հանդերձեալ ես ելանել, այլ ջրով և հոգւով ելանես յերկինս, և ոչ ընթանաս 'ի կոչն ։ Եցոյց եղիա զմկրտութեան զօրութիւն 'ի վերայ ողջակիզացն. ոչ 'ի ձեռն հրոյ, այլ 'ի ձեռն ջրոյ զպատարագս ողջակիզեաց ։ Եւ յայլ ժամ բնակս հրոյ բնութիւն ընդ ջուր մարտնչի. քանզի խորհրդով զջուրն երիցս յայնժամ 'ի վերայ սեղանոյն հեղաւ, եղև կարասեալ հրոյ, վառեաց զջուր իբրև զձէթ. առէք ինձ ասէ՝ սափորս, և հեղէք 'ի վերայ ողջակիզացն և շերտիցն. և ասէ կրկնեցէք, և կրկնեցին ։ Ցուցանէ զբանս, եթէ մկրտութիւն՝ ա̃յ ընդդանի լինի, որ մերձենայ. և լոյս մաքուր երկնաւոր փայլէ յանձինս այնոց՝ որ մերձենան հաւատովք երրորդութեան ։

Եթէ զոսկին եկեղեցւոյս բաշխէի, ոչ առնէիր ինձ, եթէ վաղիւ եկից, և վաղիւ տայցես ինձ, այլ արդէն իսկ ստիպէիր և պահանջէիր զպարգևսն, և դժուարէիր՝ եթէ վաղիւ ոք առնէր. արդ՝ ոչ եթէ երկրաւոր ինչ վայելուչ, այլ հոգւոյ մաքրութիւն կարկառու քեզ մեծապարգևն. պատճառս ստեղծուս, և

1 Յն. սրոյ ։

2 Յն. որ ։

tu non potes edere vivum panem, nisi baptismum susceperis. Intravit ille terram promissionis post baptisma; et tu quomodo redeas in paradisum, nisi lavacro obsignaris? An nescis igneis viris (igneo gladio) mandatum fuisse datum custodire viam arboris vitae? Imperfectis in fide flamma est horrenda, fidelibus autem familiariter lucem praebet. Versatilem esse jussit ei (gladio) Dominus: quando vidit fidéles, tergum vertit; quando vero vidit quemdam ex non obsignatis (baptismo), libere obviat.

Elias cum curru igneo igneos etiam equos minime expavit, sed prae desiderio viae supernae in terribilia ausus, ascendit in flammeos currus, vivens hodie (quasi) non [1] in corpore viventium. Tu autem non in igneos currus ascensurus es, sed per aquam et Spiritum ascendis in caelum; et non curris ad vocationem? Monstravit Elias et baptismatis vim super holocausta; non per ignem, sed aquam sacrificia comburens integra; ubi alias innata ignis natura cum aqua certat. Mystice enim tunc aqua ter super altare infusa fuit, atque inde excitatus ignis aquam sicut oleum incendit. Accipite mihi, inquit, hydrias, et infundite super holocausta et segmenta (lignorum). Et dixit, duplicate, et duplicaverunt. Demonstrat hoc verbum, quod per baptismum familiaris Dei fit, qui (ad hoc sacramentum) accedit, et lux nitida ac caelestis fulget in animis eorum, qui in fide Trinitatis accedunt.

Si aurum Ecclesiae distribuissem, non diceres mihi, cras veniam, et cras dabis mihi, sed modo jam jam dare cogeres, ac reposceres donum; atque moleste ferres, si quis procrastinasset. Nunc autem non terrenum aliquid decorum, sed animae munditiam largitor magnorum donorum tibi porrigit, et tu causas fin-

(1) Gr. ὁ. pro quo Arm. Interp. legebat, οὐ.

բարձուրս թուեա. զի արժան է ընդ առաջ ընթանալ պարգևացն ։ Ո՛ ողջամտեցիք, որ առանց ձուլելոյ և պարզելոյ՝ նորոգիս. առանց փշրելոյ՝ նոր առեղծուած լինիս. բժշկիս առանց դեղոց (՚ի լա. ցաւոց), և ոչ համարիս շնորհս ։ Եթէ ծառայէիր մարդկան, և կանխաւ գնեալ էր ծառայից զազատութիւն, և ոչ փութայիր հասանել ՚ի հաստատութի, և ոչ վարձէիր քեզ բարեխօսս, և դատաւորս աղաչէիր, և ամենայն հնարիւք ջանայիր զերծանել ՚ի յազատութէ ։ Թերևս ապտակս ես, և որ ՚ի կատարած ծառայից վերջին գան է, փոխանակ այնր զի յետ այնորիկ ՚ի սանդատակայնաց ՚ի բաց լինելոյ՝ առանձնէիր զապտակն վերջին ։ Արդ քանզի ծառայ ես դու, ոչ եթէ մարդկան՝ այլ մեղաց, և քարոզն կոչէ զքեզ յազատութի, զի արձակեսցէ զքեզ ՚ի գերութենէ, և արասցէ քաղաքակից հրեշտակաց, և որդի ցուցցէ զքեզ այ՝ զի լեալ ես շնորհօք, և ժառանգ բարութեանն քոյ. և ասես, չէ ժամ ընդունել, որ տանն քեզ ։ Ո՛վ չարեաց խափանութեան, ո՛վ զազիր և վատթար անպարապութէ ։ Մինչև յե՞րբ ցանկութիք ։ Բազում ժամանակս կեցաք յաշխարհիս, կեցցուք և արդ անձանց մերոց ։ Զի՞նչ է՝ որ զանձն արժէ, զի՞նչ կշռորդ է արքայութեն երկնից ։ Ո՞ հաւատարմագոյն է քեզ քան զխորհրդականն այ. ո՞ զետագոյն է քեզ քան զիմաստուն. ո՞ օգտակարագոյն է քեզ քան զբարի. ո՞ ընդունի է քեզ քան զարարիչն ։ Բայլ ոչ և Նուային [1] ինչ եղև օգուտ՝ օձին խրատ. զի առանձնեաց՝ առաւել քան զմեն ։

Ո՛ անկարգութի բանից. ոչ պարապ եմ ողջանալ. մի երբեք ցուցանէր ինձ զլոյս, և մի այրեր զիս մրքայ [2]։ Ոչ զայս ասես, և դիպան այսմ, այլ են առաւել, են քան զայս ՚ի վայր ։ Զքեզ եթէ էր գրեալ ՚ի պարտս արքունի, և ելանէր պարգև թողուլ զպարտսն, և յանկարծ ոք առ եպերեւն խրում անքածին թևակոխեր առնել զքեզ ՚ի թողու-

1 Գրեալ էր, եւ այնա ։
2 Ցն. [illegible], է այրել. և մերձեցուցանել. [illegible] այլք ընթեռնուն, և թարգմանեն, Կ ձեռնեցուցանէր զիս առարքայ ։

(1) Gr. accedit ad marg. μὴ δυνάμενος.
(2) Gr. quis fide dignior Deo

gis, praetextum recenses? ubi aequum erat obviam currere donis. O miraculum! quo sine conflatione ac purgatione renovaris; sine confractione nova creatura efficeris; sanaris sine medicinis (marg. doloribus) [1]: et gratiam id non reputas? Si servus esses hominum, et videres alios servos jamdudum emisse libertatem, attingere eandem felicitatem non festinares? non procurares conducere intercessores, judicesque rogare, omniaque tentare, ut libertatem assequaris? quin alapas quoque, et vapulatum sicut ultimum servorum malum, eo ut postea ex (servilibus) suppliciis te eximeres, ultro acceptares. Nunc itaque cum servus es tu, non hominis, sed peccati; et cum praeco vocat te in poenitentiam, ut a captivitate te absolvat, atque efficiat civem Angelorum, filiumque Dei te declaret factum per gratiam, et bonorum Christi haeredem: tu autem dicis, non est hora accipiendi, quod datur tibi. O pessimum impedimentum (vel otium)! o foedam pravamque occupationem! Usquequaque cupiditates? Multum temporis viximus mundo, vivamus nunc et nobis ipsis. Quid est quod aequivaleat animae? quid ponderetur cum regno caelorum? Quis fidelior tibi, quam consiliarius Dei [2]? quis eruditior apud, te quam Sapiens? quid tibi utilius, quam bonum? quis familiarior tibi, quam Creator? Sed neque Evae profuit suggestio serpentis, quam magis acceptavit, quam Domini (monitum). . . . .

O ineptum verbum! Non vacat sanari, nondum ostendas mihi lucem, neque combures me, o rex [3]. Nonne hoc dicis, aut simile huic? imo fortassis hoc deterius, Si tu scriptus fuisses tributis publicis obnoxius, et tibi gratia dimissionis debitorum daretur; unus tamen illico pessundare te volens, te ab illa dimissione privare niteretur, in furorem indubie move-

tibi consiliarius?

(3) Sic, si legas in Gr. ὦ βασιλεῦ: sed quia melius habetur τῷ βασιλεῖ, tunc vertendum erat, neque conjungas me regi.

թենէ անտի, զաղանանայիր, աղաղակէիր, բողոքէիր. զի որ անդ էր քեզ՝ 'ի հասարակաց շնորհաց անտի յայտնմանէ զրկէր [1] զքեզ: Նոյն՝ քանզի ոչ միայն թողութիւն անցանէ 'ի քէն, այլեւ պարգեւքն որ հանդերձեալ էր տալ քեզ, որ կանխաւն քարոզեցաւ. արդ աւադիկ քեզէն զանձն քո զլանաս. զի ոչ ոք 'ի թշնամեաց քոց եպերեաց առնել քեզ զայդ. համարիս լաւ խորհել քեզ, եւ դիւրին իմանաս վասն անձին քո, զի ոչ ընդունիս զթողութիւն, այլ մեռանիս 'ի պարտսն: Նաեւ զայս գիտեմ ես, զի որ բիւրն քանքարի պարտականն էր, եհաս թողութեան, եթէ ոչ ինքնին անձամբ իւրով զպահանջանս խոշտանգանաց 'ի ծառայակիցն իւր եցոյց զվայրենութիւն անողորմութեան, եւ նորոգեաց դարձեալ ըզպարտսն իւր. զի յայսմանէ եւ մեզ եղիցի պահել եւ զգուշանալ. գուցէ եւ ընդ մեզ նոյնպէս անցանիցէ, յորժամ զպարգեւսն առնումք, եւ ոչ թողուցումք պարտականաց մերոց, զի պարգեւն մեզ հաստատուպէս մնասցէ:

Մնաս յըշտեմարանս հոգւոյ քո, եւ յաւելեալ զպէշապակ գործոց քոց. եւ եթէ բազում են մեղանք քո, մի՛ զանգիտեր 'ի բազմութենէ անտի. վասն զի ուստի յաւելան մեղքն՝ առաւել եղեն շնորհքն, եթէ ընդունիս զշնորհսն. վասն զի որ պարտին շատ, շատ եւ թողցի նմա, զի աւելի սիրեսցէ զայն որ թողուն: Ապա եթէ սակաւիկ եւ փոքրիկ են եւ ոչ մինչեւ 'ի մահ մեղքն, զի՞ յոգիս ապաստան լինիս վասն յաւաջ եւս [2], զի ցայսքան ոչ անարժանութիւն եղեր՝ որ անցուցեր զժամանակսն. եւ այս մինչեւ առաջնորդեցար յօրինաց: Նոյն՝ իբրեւ 'ի կշիռս կալ համարեսցիս զանձն քո. ստորին հրեշտակաց՝ որ ձգեն զքեզ, եւ անտի դիւաց. ո՞ւմ արդեօք տացես զմէտս [3] սրտի քո. ո՞ յաղթեսցէ քեզ արդեօք. ցանկութիւն մարմնոյ, եթէ սրբութի [4] հոգւոյ. վայրե՞ք առժամեայս, եթէ ցանկութիւն կենացն յաւիտենից. հրեշտակք առցեն զքեզ յերկինս, եթէ կալցեն՝ այք ունին:

1 Գրեալ էր, զրկէր: — կամ ապառնիկային:
2 Օր. վասն ապագային, — 3 Գրեալ էր, զկշռ:

rere, clamares, obtestarerisque, quia gratia communi tibi concessa te privaret. Nunc autem non sola remissio praeterit te, sed etiam donum tibi dandum, quod jam publicatum erat; tu ergo ultro te ipsum defraudas, quod nemo inimicorum tuorum machinatus est facere tecum. Putas bene te tibi consulere, atque utile arbitraris tibi non recipere remissionem, sed potius in debitis mori. Ego tamen hoc scio, quod qui decem millia talentorum debebat, veniam obtinuit: nisi quod idem ipse exactionem tyrannicam exercens in conservum, atque immanem crudelitatem demonstrans, iterum debita sua renovavit. Ut ex hoc et nobis sit observare et cavere, ne forte etiam nos eadem experiemur, dum donis acceptis, non dimittamus debitoribus nostris, ut donum apud nos constanter remaneat.

Intra in promptuarium animae tuae, et perscrutare monumenta operum tuorum. Quod si multa sint peccata tua, noli timere multitudinem illam: *Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit gratia*, si tamen velis gratiam recipere. Siquidem qui multum debet, multum quoque dimittitur ei, ut amplius dimittentem diligat. Sin autem pauca pusillaque sint peccata, neque usque ad mortem, quid propter tempora langues sequentia? quoniam huc usque non adeo indigne transegisti tempus tuum, idque quum necdum conducebaris per legem. Nunc itaque tamquam in statera puta te stare, hinc Angelis trahentibus te, illinc daemoniis. Cuinam dabis inclinationem cordis tui? Quisnam vincet te? Cupiditasne carnis, an puritas animae? delectatio temporanea, an desiderium aeternae vitae? Angeline accipient te ad se ipsos, an detenebunt, qui jam tenent? In acie duces militibus sibi

4 Գրեալ էր. յշտեմարանին ... շտեմարանին.

'Ի վերայ հանդիսի զօրագլխաւն՝ զօրաց, որ ընդ իմ քեամբք են՝ պարգևեն[1]. զի և բարեկամքն զիւրաւ դարձցին 'ի նոսա. և առ թշնամին (եթէ) 'ի խառանուրդս անդ ընդխառնեսցին, և զիւրաւ առնի մեկնել զնոսա 'ի նշանէ անտի: Ո՞ քեզ ոչ ոք ճանաչէ, ո՞ր ես, եթէ թշնամեաց, եթէ ո՛չ խորհրդակից իմ և նշանակաւ ցուցանես զնմանութի. և ոչ նշանի 'ի քեզ լոյս երևաց մեր. զիա՞րդ 'ի թիկունս իջցէ քո՝ հրեշտակն, կամ ո՞րպէս թափեսցէ զքեզ 'ի թշնամեաց, եթէ ոչ ծանիցէ զդրոշմն. և կամ դու զիա՞րդ առասցես՝ եթէ ես այն եմ, զի ոչ ունիս 'ի քեզ ծանօթութիւն: Այլ եթէ ո՛չ գիտես, զկնքելովք տառմբքն սաստակիչն անցանէր, և յանկնիքսն մտանէր, և կոտորէր զանդրանիկսն: Ոսկի առանց կնքոյ՝ դիւրին է գողոց, և ոչխար անդրոշմ առանց պատժի է՝ եթէ նենգի:

Մանո՞ւկ ես, զգուշացի՛ր մանկութեան քում 'ի մկրտութեն սանձս. անցեալ ես ընդ կիրօք (տիօք), մի՛ զեղծիր 'ի պաշարէ. մի՛ կորուսանէր զպահպանն: Մի՛ զմետասան ժամն իբրև զառաջին ժամն խորհիր. զի ում արժանին է, և ունի 'ի միտ զակիզբն կենաց աշխարհիս, առաջի աչաց իւրոց իբրև զկատարած ունի: Եթէ որ 'ի զինուորաց բժշկաց հնարօք իմն և պատճառանօք (պաճարանօք) խոստանայր քեզ դարձեալ 'ի ծերութեան յերիտասարդութիւն դարձուցանել, ո՞չ ցանկայիր յօրն յայն՝ յորում զքեզ յերիտասարդութիւն տեսանէիր. արդ քանզի հոգւոյն զուարթանալ խոստացեալ է մկրտութեան, զոր դու հնացուցեր և աղտեղացուցեր յանօրէնութեամբ և շաղախեցեր, որ համարձեա՞ն զերախտաւորն, և ո՞չ միտ դնես աւետեացն: Ո՞չ ցանկաս տեսանել զմեծ սքանչելիս պարգևացն, զիա՞րդ առանց մօր ծնանի վերստին մարդ. որ ծերացեալ և ապականեալ ըստ ցանկութեան պատրանաց, զիա՞րդ զուարճանայ և փթթի, և 'ի ճշմարիտ ծաղիկն մանկութեան դառնայ մկրտութեամբն:

Մկրտութիւն՝ գերեաց փրկանք, պարտեաց թողութիւն, մեղաց մահ, միւսանգամ ծնունդ, նորա-

1 Այլօրինակ՝ նշանս բաշխեն:

(1) Gr. tesseras distribuunt,

subditis dona largiuntur [1]: ut etiam amici facile redeant ad illos; atque inter hostes, commixta acie, facilius fit per tesseram separare illos. Te vero nemo noverit, nostrine es, an hostium, nisi sacramento quodam symboloque ostendas similitudinem. Si autem non signatur in te lumen vultûs Domini, quomodo in adjutorium tuum Angelus descendet? aut quomodo abripiet te de medio hostium, nisi noverit characterem? aut tu quomodo dices, Dei sum ego, si non habes in te notam aliquam? An nescis, quod percussor praeteriens domus signatas, in carentes signaculo intrabat, et primogenitos caedebat. Aurum sine sigillo facile (captu) est furibus, et ovis signi expers impune defraudatur.

Juvenis es? retine juventutem tuam in baptismi fraeno. Transisti per aetatem? vide ne frustreris viatico; ne perdas custodem. Ne horam undecimam velut primam consideres. Qui enim, ut par est, habet in mente principium vitae mundi, ante oculos illud tamquam finem habet. Siquis eruditorum medicorum per aliquam adinventionem ac praetextum [2] tibi a senio iterum in adolescentiam te reducere promitteret, non ne optares diem illam, qua te in adolescentia cerneres? Nunc autem quum animam renovare pollicetur baptismus, cui tu vetustatem induxisti, ac maculasti infecistique iniquitatibus, contemnis benefactorem, et non attendis promissionem? Neque desideras videre magnum miraculum donorum, quomodo sine matre regeneratur homo; senescens et corruptus secundum cupiditatis seductionem, quomodo virescit, florescit, et in veram florem juventutis per baptismum redit?

Baptismus, captivorum redemptio, debitorum remissio, peccati mors, regeneratio, animae renovatio,

ut et in Arm. infra explicite habetur. (2) Vel industriam.

զուԹի հոգւոյ, զգեստ լուսաւոր, կնիք աստանց նեն-
գելոյ, կառք ընդ երկինս, արքայութեանն առաջ-
նորդ, որդեգրութեան շնորհք։ Այնչափ բարութեանց,
և այսքան պարգևաց մեծաց 'ի վերայ համարիս զդան-
կութիւն Թշուառութեան։ Իմանամ զյապաղելդ քո,
Թեպէտև դու խորշիս բանիւք, այլ իրքն ինքնին
աղաղակեն, Թէ և բարբառն լռեալ կայ. Թող ասեմ
վարեցից զմարմինս 'ի վայելս զազիրս, Թաւալեցայց
'ի տիղմ ցանկութեանց, զձեռս շաղախեցից յարեան,
զերծից զայլոց, նենգութեամբ գնացից, և ստեցից,
սուտ երդուայց, և ապա առից զմկրտութիւն, յոր-
ժամ երբեք կասեցայց 'ի չարեաց անտի։ Եթէ բա-
րիոք են մեղք, այնուհետև կայց 'ի նոյն. ապա եթէ վնաս
են այնոցիկ որք առնեն, զի՞ ստիպեալ կաս վնաս տա-
տանելոյ։ Ոչ մարԹի այնմ որ խնդրէ 'ի փորձ ան-
տի պարզել զմաղձն, և փութայ զնիւթս մաղձի և
զախտս բազում առնել. այլ օրէն է այնոցիկ որք
տրտմեցուցանեն զմարմինս, զի մի յինքեանս պա-
տրաստեսցեն զհիւանդուԹի առաւել քան զզօրու-
Թի։ Նոյն մինչ յայնքան ժամէ ծանրուԹի, աղեաց
համբերել որչափ կարէ. իսկ աւելի քան զչափն ծան-
րէ, ընկղմի. և դու մի կարի առաւել քան զմեղս
առնելս զԹողուԹի, և վրիպեսցես զԹողուԹի 'ի յու-
սոյ անտի. յաստեաց նաւաբեկ զտանիցես։ Ո՞չ տե-
սանէ Ած զոր լինի, կամ ո՞չ իմանայ զխորհուրդս քո,
և կամ գործակից է անօրէնուԹե քում. զի ասէ,
կարծեցեր անօրէն, եԹէ և ես քեզ նմանիցեմ։
Դու առն մահկանացուի բարեկամուԹի 'ի վախճա-
նի առնես. յաղագս երախտեացն զնա յառաջ ու-
նիս. զայն ասեմ և առնեմ՝ որ 'ի խնդուԹեանն իմա-
նաս։ Իսկ արդ դու Այ ընդանի ես, և 'ի կարգս
որդւոյ յուսացեալ ես՝ եԹէ ընկալցի, զայն գործ
գործես, որ Այ Թշնամի Թուի, և յայլ ազգս օրէ-
նաց յանցուԹեան անպարգես զնա. յորմէ առաւել
ես հարկանիս ընդդէմ, անտի յուսաս ընդանի լի-
նել. Տեսջիր մի 'ի յոյս փրկուԹեն բազում չարիս
ժողովես յանձին քում. զմեղս ժողովես, և 'ի Թո-
ղուԹենէ անտի վրիպեսցիս. Ած ոչ զերծցի, մի իբրև
զվախճան համարիր զհնարհն։

vestimentum lucidum, sigillum minime fraudatum, vehiculum per caelum, dux regni (caelorum), adoptionis gratia. Prae tot bonis, tantisque donis maximis superioremne cupidinis miseriam reputas? Intelligo moram tuam; quamvis tu vereris fateri verbo, sed res ipsa per se clamat, etsi vox silens extet. Sine, ais, usurpabo corpus in delectationibus foedis, in coeno revolvar cupiditatum; manum tingam in sanguine; aliena exspoliabo, dolose incedam, mentiar, pejerabo; atque demum recipiam baptismum, quum desistam a malitiis. Si bonum est peccatum, insiste in illo; sin autem damnum fert operanti, ad quid instans expectas deperditionem? Fieri nequit, ut qui quaerit a ventre expurgare bilem, materias bilis una cum morbis studeat multiplicare: sed oportet eos qui corporis curam habent, non sibi morbum praeter naturae vires parare. Navis tantum sustinet onus, quantum undas ferre potest; gravescens autem plus aequo, immergitur. Tu ergo ne majorem peccatis remissionem tibi promittas, atque sic aberrare facias condonationem ab spe ipsa, et consequenter naufragium patiaris. An non videt Deus, quidquid agitur? aut non intelligit cogitationes tuas? vel cooperator est iniquitati tuae? Dicit enim, *Putasti, inique, quod et ego tibi similis sim*. Tu cum homine mortali amicitiam in fine facis, propter beneficia ipsum praeponis (vel allicis), id dicis et agis, quo gavisurum ipsum intelligis. Atqui tu, qui Deo familiaris es, et in ordinem filii suscipi speras, opus autem illud operaris, quod Deo adversatur, et variis legis transgressionibus despicis eum: unde magis opponis te ipsi, inde speras familiaritatem tibi conciliare? Vide, ne in spe salutis plurima mala congreges in te ipso: peccata colligens, remissione destitutus eris. Deus non fraudatur: ne sicut commercium arbitreris gratiam.

Ո՛չ ասեր, բարիոք են օրէնք, այլ քաղցր են մեղք ։ Ցանկութիւն կարթ է սատանայի, 'ի կորուստ ձգէ. ցանկութիւն մայր է մեղաց, իսկ մեղք խայթոց են մահու. ցանկութիւն դայեակ է որդանց, որ յաւիտենից է. առ ժամ մի քաղցրանայ այնց, որ վայելեն, և յետոյ դառնագոյն քան զլեղի ցուցանէ ըղպտուղ ։ Յապաղութիւն ոչ այլ ինչ աղաղակէ քան զայս, թագաւորեսցեն յիս յառաջ մեղք, և ապա երբեք թագաւորեսցէ յիս Տ՟ր. հնազանդեցից զանձն դամնիմ զէն մեղաց և անօրէնութեան, և ապա երբեք ուրեք հնազանդեցուցից զէն արդարութեան 'ի Տ՟ր ։ Ոյսպէս և կայէն զպատարագս մատուցանէր, զառաջինն իւրում ծառայ 'ի վերայ եղեալ (յն. իւրում անձին վայելչից). զերկրորդն Ա՟յ, այնմ որ հաստատեաց զնա, և շնորհեաց նմա զպարութիւն ։ Յորժամ կարող ես գործովք, զմանկութիւն քո յանօրէնութիւն վարես. և յորժամ խանձի մարմին քո, և ծերանաս, յայնժամ մատուցանես Ա՟յ. յորժամ յոչ ինչ պիտոյ լինի քեզ այնուհետև, այլ հարկ է նմա դադարել և կալ՝ ըստ բազում ժամանակացն թառամեալ և լուծեալ 'ի զօրութէ ։ Ծերութէ հանդարտութիւն ոչ է հանդարտութիւն, այլ՝ տկարութիւն ընդ արձակն գնալոյ ։ Պէ ոչ պտակի, և ոչ արդարանալ ոք կարէ վասն տկարութէ 'ի չարութէ ։ Մինչ է 'ի քեզ զօրութիւն բանի, ժուժեա՛ 'ի մեղաց. զի այս է արուեստ. խոտորեա՛ 'ի չարէ, և արա՛ զբարի. Իսկ իբրև վարէ (յն. անզօրծ է) ոք 'ի չարութենէ, ոչ զովութեան արժանի լինի, ոչ տանջանաց ինչ զործ կարէ գործել ։ Եթէ յաղագս ծերութէ դադարեալ եմ 'ի մեղաց անտի, այն տկարութեան շնորհ է ։ Պավեմք մեք որ կամօք իւրովք բարի լինի, ոչ եթէ զայնսիկ (որ 'ի) վշտաց ինչ կամ հարկաւ յօրինի բարին ։

Ո՞վ արկ քեզ սահման կենաց, կամ ո՞վ ետ քեզ ժամանակ ծերութէ, կամ ո՞վ այնքան հաւաստարիմ է քեզ, զի երաշխաւոր լինի այնմ որ գալոցն է 'ի վերայ քո ։ Ո՞չ տեսանես զտղայսն, որպէս յափշտակին. ո՞չ զպատանիս՝ որպէս տանին. ոչ ունի աշխարհս մի սահման ։ Ո՞ր մնաս և անսաս տապոյն, կաշառ

Ne dixeris, bona est quidem lex, sed suave est peccatum. Cupiditas hamus est diaboli, in perditionem trahens. Cupiditas mater est peccati; peccatum autem stimulus est mortis. Cupiditas est vermium sempiternorum nutrix. Ad tempus fruentibus dulcescit, postea vero amarius quam bilis fructum ostendit. Mora nihil aliud clamat quam hoc: Regnabit in me prius peccatum, et postmodum in me Dominus aliquando regnabit. Dabo in obedientiam membra mea sicut arma peccati et iniquitatis, et demum aliquando faciam ut sicut arma justitiae Domino obediant. Sic et Cain hostias offerebat primas sui ipsius fruitioni; (ad verbum, suae arbori superascendens.) secundas Deo conditori suo, largitorique bonorum. Quando viges ac praevales operibus, juventutem tuam in iniquitatem usurpas, quando vero languet corpus, et senescis, tunc offers Deo; quando nimirum ad nullum utile deinceps tibi est, sed necesse habet, ut cesset et jaceat juxta longitudinem temporis marcidum, ac dissolutum a viribus. Senii modestia non est modestia, sed impotentia, qua patet iter amplum, eundi. Cadaver non coronatur, neque aliquis propter impotentiam a malitia excusare se potest. Dum adhuc est in te vis rationis, abstine a peccato: in hoc enim consistit ars, *Declina a malo, et fac bonum*. Quando vero impos quis erit malitiae, nec laudem meretur, nec poena dignum opus quidquam operari potest. Si propter senectutem cessavi a peccatis, id impotentiae gratia est. Laudamus nos eum, qui sua sponte bonus comperitur, non vero illum qui ob afflictionem vel necessitatem ad opus bonum faciendum cogitur.

Quis tibi vitae limitem praefixit? aut quis tibi tempus senectutis dedit? vel quis adeo fidelis est tibi, ut vadimonio sit quidquid tibi superveniet? Non vides pueros, quomodo rapiuntur? non seniores, quomodo deportantur? Non habet mundus unum terminum. Quid expectas, attendisque febrem, ad comparan-

ածնել քեզ զմկրտութիւն, յորժամ և ոչ կարասցես
բարբառել զփրկութեան բանն. Թերևս և ոչ լսես մա-
քրապէս. հրաման եղիցի քեզ, զի 'ի գլուխ անդ ըն-
կեալ իցէ ախտն. ոչ զձեռս կարասցես համբառնալ
ընդ երկինս. ոչ յոտս կարասցես կանգնել. ոչ ծունր
կարասցես խոնարհեցուցանել յերկրպագութիւն. և
ոչ ուսանել կարասցես ստուգապէս զհաւատոյ բանն,
և ոչ գտանել կարասցես ճշմարտութիւն. ոչ ուխտ
դնել ընդ այ, և ոչ հրաժարել 'ի Թշնամւոյն. և ոչ
կարգօք զհետ երթալ խորհրդոյն ուսմանն: Արդէ-
նութիւն է այնոցիկ որ առ քեզն գան. առասցեն, ար-
դարև իմացա՞ն զշնորհսն, եթէ անզգայ իցէ, և ոչ
իմացաւ զոր առն: Նոյց Թէպէտև իմաստութեամբ
ընկալար զշնորհսն, զքանքարն ահա ունիս, զշահ
յետ քանքարին ոչ ստանիս ընդ քեզ: Սմանեամ նեղ-
քինոյն, յորժամ եգիտ նա զուսուցիչն, ոչ անփոյթ
արար զուսմանն. 'ի կառս անդ եհան զտնանկն՝ մեծն,
և զոր յաշս մարդկան արհամարհեալ էր՝ հպարտն և
փառաւորեալն. իբրև ուսաւ 'ի նմանէ զաւետարանն
արքայութեան, ընկալաւ զհաւատոյն սուրբ, և ոչ յա-
պաղեաց զդրոշմն հոգւոյն. իբրև դիպեցաւ 'ի ջուր
ինչ, ասէ, ահա ջուր. խնդութիւն է բանն, և ասէ,
ահա զոր խնդրէաքն. արդ՝ զի՞նչ արգելու զիս 'ի
մկրտելոյ:

Սուր կամք պատրաստ են, չիք որ խափանէ. որ կա-
չէն՝ մարդասէր է. պաշտօնեայ՝ պատրաստ. շնորհք՝
առատ չպակասելոյ. յօժարութիւն 'ի ձեզ գտցի, և
չէ ոք որ խափանէ: Այն որ ցանկեաց 'ի մէնջ զկե-
նաց ճանապարհն, նմա յաղթեսցուք իմաստութեամբ.
նա զվերհերուն առնէ 'ի մեզ, և մեք զուարթացուք 'ի
գործ. նա մնոտիս խոստանայ մեզ և պատրել զմեզ,
մեք մի ագէսք եղիցուք 'ի մտացն նորա: Արդ եթէ ոչ իմա-
նայք, զի զմեղսն այսօր հրապարակէ (հրապարէ) առ-
նել, և զարդարութիւն 'ի վաղիւ համձէ զմեզ պահել. վասն
այսորիկ տր լուծանէ զնորա խորհուրդն չարութեան,
այսօր եթէ ձայնի նորա լուիցէք: Նա ասէ, զայսօրն
ինձ, և զվաղիւն այ. իսկ տր ձայնաւ լինի, այսօր
ձայնի իմում լուարուք: Իմացաւ Թշնամին, ոչ հա-
մարձակի բնաւ ինն խրատ տալ քեզ, զի ապստամբեա-

dum tibi baptismum? quando nec verba salutis poteris proferre, neque forte clare audies, sententia data de te, ut in capite tuo desideat morbus: nec manus poteris levare in caelum, neque in pedibus stare; nec in adorationem genuflectere poteris, neque certe fidei verba discere queas: nec pacisci cum Deo, nec renuntiare inimico, neque rite mysterii doctrinam sequi. Ita ut sub dubio sit etiam venientibus ad te: dicent enim, vere ne sentit gratiam, an carens sensu est, anne intellexit quod accepit? Attamen etsi cum intelligentia suscepisti gratiam, talentum jam habes, certe lucrum post talentum non portas tecum. Imitare eunuchum, qui reperiens magistrum, non neglexit doctrinam. In currum evexit inopem dives, et contemptum oculis hominum superbus et gloriosus. Qui cum didicit ab illo Evangelium regni (caelorum), suscepit corde fidem, neque sigillum Spiritûs procrastinavit. Quum enim ad aquam quandam pervenerunt, dixit: *Ecce aqua.* Laetitiae est verbum; ecce, ait, quam quaerebamus: *quid prohibet me baptizari?*

Ubi voluntas prompta est, nihil est quod impedit. Qui vocat, humanissimus est, minister paratus, gratia invidiae nescia. Voluntas in vobis inveniatur, nemo est qui impediet. Eum qui sepivit nobis viam vitae, vincemus in sapientia. Ipse vecordiam operatur in nobis, et nos hilariter in operationem feramur. Ipse frivola pollicetur nobis, ut decipiat nos: nos non ignoremus consilium suum. Non advertitis, quod ad peccatum hodie faciendum exhortatur, et justitiam in crastinum servare diem suadet nos? Propterea Dominus consilium malitiae ejus dissolvens, ait: *Hodie si vocem ejus* (*Gr. meam*) *audieritis.* (etc.) Ille dicit: τὸ Hodie mihi (dato), et τὸ Cras Deo. Dominus vero clamat, Hodie vocem meam audite. Quo intellecto, inimicus hortari te ad deficiendum a Deo non amplius

ցես յայս. զիտէ, զի ծանր է այս լսել քրիստոնէից, այլ 'ի Հարստաբանութիւն 'ի պատիւս մեքենայել թեւակոխէ: Պնդանան է 'ի չարութի: Տեսանէ ընդ մեզ[1], զի յաշխարհի աստ կան մարդիկ, և ամենայն գործք մեր յաշխարհի աստ գործին, և զայսր աւուրն մեքենայիւք իւրովք գաղանայ, և զյոյժն մեր հասար 'ի վաղիւ աւանէ: Իսկ յորժամ վաղիւն գայ, դարձեալ չարն բաժանիչն մեր աղաչէ զայսօր իւր աւանել, և զվաղիւն՝ մեզ. այսպէս հանապազ զառ աւուրն 'ի ցանկութի վարէ, և զյոյժն յապայ աւանէ 'ի մէնջ: Ծածկեալ է այդ, զի արդեւլու 'ի կենաց. Նայելի տեսի ես երբեմն կեղծաւորութի հաւու մեքենաւոր[2]. զի ձագք մատաղ լինին, և զիւրեն իմն երեւեցուցանէ զանձն իւր. յորժամ տեսանէ նա զորսորդ, զանձն իւր առաջի դնէ որսորդաց, թրթռէ, երթայ, ոչ ունել տայ որսորդացն, և ոչ բնաւ անյոյս առնէ, մինչև այնքան, որքան ձագուցն զիւրեն եղիցի զերծանել, ապա յառնէ զնայ և ինքն: Երկիր արդ և դու, մի 'ի նմանութի այնր ասր ոչն երեւի քեզ յոյս՝ զյայտնիս մերժես:

Զամենայն անձն քո փոխեալ 'ի մեր կողմ. առուցիր զանձանս քո, զորեայց դու յեկեղեցի: Որ զինուորն է, 'ի ժողովն թուեալ է, ընդ պատերազմողս նա[3] մարտնչի. որ հրապարակին մարդ է, զոր ընդ քաղաքացիս. արդ ամենայնի այսր ընդ պարտիք ես, իբրև զինուոր քոյ, իբրև նահատակ արդարութե, իբրև քաղաք ունիցիս յերկինս: Պարեայց 'ի նմին զպրութե, զի դարձեալ եղիցի քեզ 'ի կոչն վերին: Ասէր, խնդամիտ լեր աւետարանին զնայցիս. սառացիր համեստութի, աչաց՝ հաստատութիւն, լեզուի՝ ժուժկալութիւն, մարմնոյ՝ զծառայութիւն, խորհրդոց՝ զխոնարհութի, մտաց՝ զմաքրութիւն: Այսմ 'ի քէն զքարկութիւն. պահանջ ոչ վարէ տարապարտուց, համբեր. զմեայն ոք մի դատեր. ատէ ոք, դու սիրեա. հալածէ ոք, անսա. հայհոյէ ոք, աղաչեա. լեր մեռեալ 'ի մեղաց. կեղ 'ի խաչ ընդ քոյ. զամենայն աէր քո փոխեալ 'ի մեր:

1 Ցն. սՃռվ. իբր հայեցեալ մեր աւանաւ: συνορχῶ. ընդ մեզ՝ տեսանէ. կամ քաղ 'ի

2 Կամ Ճ+ճնայ—ու. զի զըրեալ

praesumit: scit, quod grave est hoc audire Christianis, sed industrias fallaces molitur. Sapiens est in malitia. Animadvertit, visis nobis, quod in hoc mundo sunt homines, et omnia opera nostra in mundo isto perpetrantur; atque negotium praesentis diei artificio suo sibi furatur, spem autem nostram in crastinum diem conjicit. Quum autem cras venerit, iterum malus ille divisor noster rogat τὸ hodie sibi dari, et τὸ cras Domino. Sic semper quod ad praesentem diem pertinet, ad libitum usurpat, et spem projicit in posterum. Nos vero latet hoc malum, quod est impedimentum vitae. Hujusmodi vidi ego aliquando hypocrisin avis (perdicis) machinatam: quum adhuc pulli novelli sunt, facile ipse ostendit se ipsam; videns enim venatores, se ipsam exponit, volitat, vadit: nec capi sinit se venatoribus, neque penitus spe exuit tamdiu, in quantum pullis eximere sese a periculo facile est, ac demum ipsa surgens evadit. Time itaque et tu, ne in simulatione non apparentis tibi spei manifesta rejicias.

Totam animam tuam ad Dominum transfer, exhibe mihi nomen tuum, scribere tu in Ecclesiam. Qui miles est, in coetum annumeratus est; cum certantibus ille (vel, athleta) decertat. Qui fori homo est, conscribitur inter cives. Atqui tu his omnibus obligatus es, tamquam miles Christi, velut athleta justitiae, sicut civitatem in caelo habens. Conscribere in eodem libro, ut fiat tibi (rescribi) in vocatione superna. Disce, intellige Euangelicam disciplinam: acquire modestiam, oculorum constantiam, linguae continentiam, carnis redactionem in servitutem, cogitationis humiliationem, mentis puritatem; a te iram expelle. Si circumagitet te quis gratis, sustine. Nec unum solum judices (1). Odit aliquis, tu ama. Persequitur quis, expecta. Blasphemat quis, roga. Esto mortuus peccatis, crucifigere cum Christo: omnem amorem tuum in Dominum transfer.

[illegible] 3 [illegible]

(1) Gr. defraudatus, noli in jus vocare.

Նոյն. չար (այսինքն ծանր) է այդ. և բարերաց մր է դիւրին. Ո՛չ ոք է՝ որ ննջէ, և զձակատս մա-նէ. մ՛ բարեկենդանութե. և փողովք, համբերութե պսակաւ զարդարեցաւ. մինչ ոք տանանց ընթանալոյ տա վնդասակն: Մ տանմիկք ծնանին զփառս. մկաս-տանկք պատրաստեն զպսակս: Նաղուամ նեղութեամբ (պսկրա է մեզ) մտանել յարքայութիւնն. տանեմ և եւ. այլ զայս նեղութիւս յարքայութեն երկնից ե-րանութեն հանդուցանէ. իսկ զմեղաց վասատակս՝ գե-հեննին տանջանք և պատիժք արտամուծ ապասեն: Նոյլ Ջհչքբիս որ մեռ դնէ, սաստանայի գործք (որ) գործեն զանօրէնութի, տանանց վասատակոյ մինչ լինի. ո՞ր քքբ-տունք են հանդարտութե. իսկ պառնկկին՝ համակ 'ի քբրտան է, 'ի ցանկութե, և 'ի մաշել. զի՞նչ այսչափ մաշէ 'ի մարմնոյ ժուժկալլեցն, որչափ պղծութեան կոզուցք և ընդարձակ գնացացն մաշէ զմարմինն: Պփչերք տանանց քնոյ են այնոցիկ՝ որ հոկեն յա-ղօթս, այլ դժուարադայն և՛ս է այնոցիկ՝ որ հսկեն 'ի մեղս. քանզի ծն [1] երկեղ է այնոցիկ որ տա ընկե-րին կին ժպրհին 'ի ցանկութեն աւիւնոց [2], և զամե-նայն հանդիստ ամենեւին 'ի բաց առնէ. իսկ նեղու-թե ձանապարհի՝ որ 'ի փրկութի ածէ, զընդարձա-կութի մեղաց 'ի բաց առնէ: Նյդ երկնչիմ, մի զու-ցէ մինչե 'ի կատարած զանդոյրն ձանապարհ գնայ-ցես, և հուպ յայն ձանապարհ գտցես զվՋեմանս:

Նյլ զդժուարապահն գանձ հոկեամ նղբայր, և պահեամ. ունիս ընկերս, եթէ կամիս, զաղօթս պահ-պանակիցս գիշերոյ, պահս ընդանի, տաղմոս զուար-թացուցիչս հոգւոյ. զոսոա ընդ քեզ առ. ոսքա եղիցին քեզ օթեւանաց կցորդ, պահպանակից պատուական գանձուց: Ո՞ր քան՝ է, ասա, մեծանա՞լ, և վասն պահ-պանութե պատուական գանձու ձգնել, եթէ ընտա-նկիքն մինչ ունել զոր պահեսցուք: Ո՛չ ոք վասն եր-կեղի պահելոյն զբարութիւն մերժէ յանձնէ. այսպէս և մինչ ոք 'ի մարդկութէ կարէ կեալ, թէ իւրաքան-չիւր վասն որոյ փութայցեն, զվբիպածն համարեսցի:

[1] Յն. Ե՛ս: բայց յն. οἶστρος, տաբան. այս.
[2] Գրեալ էր, նաւթ. անդ. ինքն մոլեգնութի: և նոյն բան

Dicis, malum (sive grave) est id. Ecquid boni facile est? Quis dormiens aciem profligat? Quis in deliciis tabisque patientiae corona redimitur? Nemo sine cursu metam tetigit. Labores gignunt gloriam, labores parant coronas. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum (caelorum).* Dico et ego: Sed has tribulationes ea quae in regni caeli beatitudo est, reficit. Peccati vero labores, Gehennae tormenta, poenasque tristes expectant. Verum si quis diligenter observat, diaboli etiam opera ab operantibus iniquitatem non sine labore peragitur. Qui sunt modestiae sudores? qui vero fornicatur, in sudore cupidinis conteritur. Quid adeo consumitur ex carne continentium, quantum immundae prurigines atque dissoluta vita carnem absumunt? Noctes quidem insomnes sunt vigilantium in orationibus, sed difficiliores profecto sunt vigilantium in peccatis. Quoniam metus ipse eorum qui ad proximi mulierem bacchantur, una cum furore cupidinis, omnem quietem omnino expellit; angustia vero viae conducentis in salutem, libertatem peccati detrudit. Vereor itaque, ne forte usque ad finem latam viam pergas, et prope ad illam viam diversorium invenias.

Sed difficilem ad custodiendum thesaurum vigilans custodi, Frater. Socios, si vis, habes: preces simul agentes excubias nocturnas; jejunium familiare; Psalmos hilarem facientes animam. Haec sume tecum: haec sint tibi condiversantes, et in custodiendis pretiosis thesauris socii. Quid melius est, dic mihi, ditescere (nos), et in custodiendo thesauro pretioso laborare, an neque quidquam initio habere quod custodiemus? Nemo propter timorem custodiendi, bona ipsa a se ipso rejicit. Sic nemo etiam hominum vivere posset, si unusquisque in rebus quibus studet, errata commissa ad

փոքր մի յառաջ մերձակայն երևի գրեալ. մատ., Ժե.

Այժմ արդէն, և լինի դէպ մերկանալ և նաւավարաց վաճառականաց, դէպ լինի և նաւաբեկ լինել, և առնականութե այլոյ լինել, և որ բազում մնացանէ որդւոց, անորդութե[1]. բայց 'ի գործ անդր թևակախնեմք. 'ի բարի յոյս անդր հաստատիմք: Բայց զյու-սացելոց զկատարած այնմ յանձն առնեմք, որ 'ի մե-րայ մեր խնամ ունի ած:

Բայց դու բանիւք մերոյն մերոտին 'ի սրբութիւն, գործով ընդ ընտրեալսն շրջիր: Տեսջիր, դուցէ զզջանայցես 'ի վերայ խորհրդոց չարեաց, յորժամ ոչ ինչ օգուտ առնիցի քեզ 'ի հեղգանաց: Հանդարտեցուսցեն զքեզ և կուսանաց օրինակք. նոքա զձէթն յամանս իւրեանց ոչ ունէին. յորժամ պարա էր ընդ փեսային մտանել, յայնժամ երկիւղ կալան, և զմիշտան 'ի միտ ածին: Այսմ այնորիկ և անիմաստս կարդայ զնոսա բանն. վասն զի 'ի ժամանակս պիտոյից ձիթոյ առնել շահել՝ ընդ վայր անցուցին. մնացան զանձինս իւրեանց, և արգելան 'ի լրջմտութենէ և յուրախութէ հարսանեացն: Այլ դուցէ և դու՝ ամ յամէ, ամիս յամսոյ: և օր յօրէ յապաղես, և ոչ առնուս զձէթն՝ որ կերակուր է լուսոյ, անկանիցիս՝ յոր ոչ ակնկալիցես, յաւուր (կամ յօր). յորժամ պակասեսցեն քեզ այնուհետև և կենաց պատճառք, անպատուզ իցես յամենայն կողմանց. հատանիցէ նեղութի առանց ապաւինաց, արտաքսեալ հանդերձեալ զքեզ բժշկաց 'ի մահ, բարձեալ 'ի քէն զյոյս ընտանեաց. յորժամ սաստիկ հեծեծիցես ցամաքեալ բերանով. տոչորեսցէ զքեզ տապ ուժգին վառեալ 'ի փորի: Թաւալանիցես և հեծիցես 'ի միջոյ սրտէ. և որ տրտմիցի ընդ քեզ՝ ոչ գտանի. և բարբառեսցես ընդ աղօտ ինչ աներևոյթ. և զամենայն զոր խօսեսցիս՝ իբրև բաղբաջանս արհամարհեսցեն:

Ապա ո՞ տացէ քեզ յայնժամ մխիթարութի, կամ ո՞ յիշեցուսցէ լեզուաւ. կապելն[2] որ ընտանիքն են՝ 'ի տրտմութե. որ 'ի բացեայ են 'ի կարեաց՝ արհամարհեն. որ բարեկամն է, դանդաղի յիշեցուցանել

1 Կամ անորդիութիւն: Իսկ գրածն, անդորրութին:

rationem redigeret. Jam accidit reipsa errasse et navales mercatores; contingit etiam naufragium pati, atque matrimonio conjunctam viduam restare, et habentem multitudinem filiorum prolibus privari. Nihilominus operibus studemus, in meliorem spem confirmamur; finem tamen sperandorum ipsi commendamus, qui universis providet, Deo.

Tu autem verbis solis agis de sanctitate, opere cum improbis ambulas. Vide, ne te poeniteat malorum consiliorum, quando nihil te mora negligentiae juvabit. Modestum te reddant et virginum exempla: illae oleum in vasis suis non habebant; quando oportebat cum Sponso ingredi, tunc pavere caeperunt, et calamitatem advertere. Quapropter etiam insipientes illas appellat verbum; quoniam tempus lucrifaciendi oleum necessarium frustra transire siverunt; oblitae animarum suarum, ab hilaritate laetitiaque nuptiarum impeditae fuere. Ne forte et tu ad annum ex anno, a mense ad mensem, deque die ad diem cuncteris, nec accipias oleum, quod esca est luminis, et cadas in eam, quam minime expectabas, diem, cum jam deficiant tibi et vitae rationes, et privus fructibus undique inveniaris. Tunc angustia sine solatio te attinget, mediois te ad mortem parantibus, et spe domesticorum a te ablata. Quando nimirum frequentius ingemiscas ore sicco: urgebit te febris vehemens ardens in ventre: suspirabis ac interno corde gemes, et qui contristetur tecum, haud invenietur; proferes aliquid obscurum ac insensibile, et omnia quae loqueris, tamquam nugas despicient.

Tunc ergo quis administrabit tibi baptismum? aut quis monebit te linguatenus (vel lingua ligatum). Domestici afficiuntur tristitia; qui vero a commiseratione distant, contemnent. Qui amicus est, suggerere

2 Կամ լեզուակապին, ուր.

վասն խռովութեն. Թերեւս բժիշկն իսկ խաբէ [1]. և ինքն իսկ ոչ ունի ամէն առ այն. զի բնութի մարմնոյս զաշխարհս սիրէ. բայց գիշեր, և մեծութի հասեալ է յօգնականաց, կամ կնքառուն ոչ պատահիցէ, և մահ հասեալ է, և ամենեքեան ստիպեն, և չիք որ որ թափէ. Տէր, որ արհամարհեցաւն 'ի քէն. նա վաղ չլսէ քեզ յայնժամ, զի դու և այժմ նմա չլսես: ժամանակս տնէ քեզ, քան բարեաց վարս վարեցեր: Մի որ պատրեսցէ [2] զքեզ յընդունայն խօսս. հասցէ 'ի վերայ քո յանկարծօրէն սատակումն 'ի նմանութիւնս մրրկի. եկեսցէ հասցէ 'ի վերայ քո հրեշտակ խռժոռադէմ, և տանի զքեզ բռնութե. քաղէ զոգի քո կապեալ մեղօք: Ուստի դարձդարձիցես այսր անդր, բողոքիցես առանց ձայնի, ամանի քո այնուհետեւ ողբք արդելեալ են 'ի քէն: Ով, քանի՞ անցուցեր ինչ ընդ անձն քո, քանի՞ հեծեցես. անյագ լայցես 'ի խորհուրդս քո, յորժամ տեսցես զխնջամնտանս արդարոց 'ի փայլուն բաշխելոյ պարգեւացն, և սուգ մեղաւորացն 'ի խորին խաւարի. որպիսի՞ տասասցես 'ի ցաւս սրտի քո յայնժամ: զիտորդ չեն յընկենուլ յինէն զնանրութիւ՝ զբեռինս մեղաց. զի այսպէս դիւրին էր 'ի բաց առնել. այլ շեղջեցի զչարիս, և ձգեցի ընդ իս, և ոչ եղև ինձ լուանալ զխիղճս 'ի յինէն, այլ հաստատեալ կացի 'ի մեղս առ այժմ: Այլ և ես (յինէն) ընդ արդարս այժմ, այլև ես յերկնաւոր բարութիւնսն վայելէի: Ով խորհրդոց չարեաց, վասն առ ժամ մի մեղաց հանդստեանն՝ զանմահ տանջանս տանջիմ. վասն ցանկութե մարմնոյ 'ի հուր մատնիմ. արդարք են դատաստանք այ. կարդայիր ինձ, և ես ոչ տնէի միտ. վկայէիր ինձ, և ես ծաղր առնէի: այս և այսպիսիս տասասցես, և լացցես զանձն քո, եթէ յառաջ քան զմկրտութիւնն յափշտակեսցիս:

Ով մարդ՝ կամ 'ի դեհեննէն երկիր, կամ զարքայութենէն ակն առ. մի՞ անարգեր զկոչն. մի՞

1 Այլապէս է և յն. խոկ օ. բժնակն մեր. բժիշկ:
2 Այլապէս է յն. ուր օրէ.

նախքն մեր ունի՝ պարփելոյ:
(1) Confirmat lectio nostra Graecam illam, οὐκ εἰσακούσει-

propter confusionem animi remedia cunctatur. Fortassis et medicus ipse decipit; et ipse quoque (infirmus mortem) non expectat, eoquod natura corporis mundum diligit. Verum nox jam pervenit, et desolatio ab adjutoribus; aut baptizator non occurrit; mors autem supervenit; urgent qui abducant; nec est quisquam qui (te) eripiat. Deus ne a te despectus? Non tamen te exaudit tunc temporis, quoniam et nunc tu non audis eum [1]. Tempus ne tibi prorogabit, scilicet optime vitam degisti? Nemo te verbis inanibus seducat. Superveniet tibi ex improviso in similitudinem procellarum deperditio. Perveniet super te angelus teterrimus vultu, ut per vim deportet te: animam tuam peccatis colligatam abstrahet: passim disvolveris huc illuc, obtestaberis sine voce, occluso jam lamentorum organo. Heu! quam male tibi ipsi fecisti, quantum ingemisces? Insatiabiliter deplorabis in consiliis tuis, quum videbis hilaritatem justorum, cum dona eis distributa splendebunt, et moerorem peccatorum in profundissimis tenebris. Quid in dolore cordis tui illa hora dices? Cur non rejeci a me vanitates, oneraque peccati, quae tam facile erat abjicere, sed cumulavi mala, contraxique mecum: et non fuit mihi conscientiam lavare, sed fixus in peccatis et hic et nunc etiam permansi. Equidem ego quoque cum justis nunc essem, et ego quoque caelestibus bonis fruerer. O prava consilia! propter quietem unius horae peccati immortali tormento crucior; propter cupiditatem carnis in ignem trador. Justa sunt judicia Dei. Vocabant me, et ego non attendebam; obtestabantur mihi, et ego deridebam. Haec et similia dices, et lugebis animam tuam, si ante baptismum abripiaris.

O homo! aut gehennam metue, aut regnum cura. Noli contemnere vocationem. Ne dicas, *habe me ex-*

ται ποτε, οὐ γάρ αὐτοῦ νῦν εἰσακούσεις. ubi alii legunt sine negatione, et coguntur accipere affirmationem quasi ironice dictam.

տանը, եթէ հրաժարեալ ունիս զիս վասն այսր, և վասն այսր · ոչ մի պատճառք զոն քեզ 'ի հրաժարելն ։ Այլ արտասուք զոն՝ յորժամ յիշեմ, զի զամօթոյ գործ յարգես քան զմեծութիւն փառացն այ · և յաղագս արձակին և համարձակին գնալոյ քաղցրանայ քեզ, անհնարին է քեզ հրաժարելոյ 'ի մեղաց. և 'ի պարգևացն բարութե արգելուս զանձն քո, իբրև ոչ կամիս տեսանել զբարութի երուսաղեմի երկնաւորի · ուր բիւրք[1] հրեշտակացն են, ժողովուրդն անդրանկացն, առաքելոցն աթոռք, մարգարէիցն դաhք, հարց նահապետաց՝ գաւազանք իշխանութե, մարտիրոսաց՝ պսակք, արդարոց՝ զովութիւնք ։ Չյանձնակալի՞ է ընդ նոսա թուել զանձն քո. լուա զանձն քո, և որբեալ ըստ պարգևացն քոց · զի նոքա են փառք և պատիւ այժմ և միշտ, և յաւիտեանս յաւիտենից · ամէն[2] ։

1 Գրեալ էր. բիւրանք ։

2 Յիշատակարան ստացողի ճառիցս ցայս վայր գրելոյ 'ի ձեռնեն մերում Յաճախապատում զրոյ որ Լուսաւորչին մերոյ · * Եղբայրք իմ, զայս յաճախապատումս օրինակն որոյ գրքարանին տաքս · 'ի մեր թուականն ՋԼԷ թիւն էր · այժմ յայ մեք զրոց մեր օրինակաց ժամանակին, թիւն էր մեր ՌՃԽ · որոյ յիշատակն օրհնութի եղիցի ։

(1) Hactenus decem homiliae Severiani in unum collectae reperiebantur, quas codex Arme-

cusatum ob hoc, et hoc. Nulla est ratio tibi ad excusandum. Mihi quidem lacrymae veniunt, quando recordor, quod opus, quod pudore afficit, magnitudini gloriae Dei anteponis; et propter liberam dissolutamque conversationem adeo (peccatum) dulcescit tibi, ut videaris renunciare non posse peccatis; atque ita a donis bonis animam tuam excludis, ac si bonitatem caelestis Jerusalem aspicere nolles. Ubi myriades Angelorum sunt, coetus primogenitorum, Apostolorum throni, Prophetarum subsellium, Patriarcharum sceptra principatus, Martyrum coronae, Justorum laudes. Optandumne est una cum illis annumerare te ipsum? lava animam tuam, et sanctifica eam secundum dona Christi. Ejus enim sunt gloria et honor nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen [1].

nus ex antiquissimo exemplari transcriptus continebat. Exemplar enim codicis ex serie librorum Bibliothecae Sis urbis Ciliciae exaratum fuerat A. D. 929. vel 930. Aera Arm. CCCLXXVIII · unde exscriptus alter codex fuit alibi A. D. 1673. Aera Arm. MCXXII. ut notatur in calce codicis uniti cum Stromatibus S. Gr. Illuminatoris. Sequentes autem quinque homiliae in aliis codicibus collectionis sermonum Patrum de variis Dominicae Dispensationis festivitatibus occurrunt.

ՃԱՌ. ԺԱ.

Սրբոյ Սեւերիանոսի Եմեսու Եպիսկոպոսի 'ի գալուստ Տն յաւանակաւ յերուսաղէմ[1]։

Այսօր զՏէր փրկիչ և զԱծ կենարար՝ թշնամին ճշմարտութեան, քարոզեալ, և խռովեցաւ. ետես զտէրունական գալուստն յաւանակաւ, փառաւորեալ 'ի մէնջ իբրև յառաջինն, և ջանացաւ խռովել 'ի շաչիւն կառաց թրթռականաց՝ առ 'ի խափանել զպարշաւանս յաւանակին, որ մեղմագնաց, և հանդարտագնաց ոտիւք խափանեաց զկառավարոտիկ զերիվարս պատերազմողաց. քանզի գիտէր, եթէ յաւանակին առ 'ի պարտութիւն կառաց երիվարաց պատրաստեցաւ. քանզի եկն փրկչին յաւանակաւ ոչ եթէ զօրկարութիւն ինչ ցուցանէր, այլ զհեզութիւն խոնարհութեան, զի զամբարտաւանութիւն շիջուսցէ։ Այլ քանզի գիտէր թշնամին, եթէ որ ինչ լինելոց են իբր ըստ մարգարէական բարբառոյն, նախանձեալ քինացաւ ընդ յաւանակին. այլ զի զհպարտութիւն հպարտացելոյն շիջուսցէ, և զմեծամեծ ամբարտաւանութիւն մեծամտելոց 'ի կառս և յերիվարս խոնարհեցուսցէ։

Զոր բարւոք յառաջագոյն երանելի մարգարէն ազդ արարեալ՝ քաջալերէր ասելով։ Ահա երկնից դուստր սիոնի, քարոզեա և ուրախ լեր դուստր երուսաղեմի. զի ահա թագաւոր քո գայ, հեծեալ 'ի յաւանակ իշոյ, զի սատակեսցէ զկառս յեփրեմայ, և զերիվարս յերուսաղեմէ։ Տեսանես, զի զճօճեմական ամպարհաւաճութիւն մեղկէր հեզութեամբն և ցածուցանէր. զոր օրինակ չարչարանօք զչարչարանս եբարձ, և մահուամբ զմահ կապեաց, և փայտիւք խաչին զհակառակամարտին զօրութիւն խայտառակեաց, նոյնպէս և յաւանակաւն զձիամարտին զօրութիւն խորտակեցելոյն քակեաց։

Ուրախ լեր, ասէ մարգարէն, դուստր սիոնի,

1 'Ի Ճառընտիրն մեր ՃԳ. եր. 287։

HOMILIA XI.

Sancti Severiani Emesae Episcopi de Adventu Domini super pullo in Jerusalem (1).

Vidit Dominum Redemptorem, Deumque vivificum inimicus veritatis praedicatum, et conturbatus est. Vidit Domini super pullo adventum a nobis glorificatum tamquam foret ipse primus, et conturbare conatus est strepitu curruum tripudiantium, (volens) impedire expeditionem pulli, qui lento tranquilloque incessu equos pugnantium ex curru impediebat; sciebat enim pullum paratum esse ad debellationem curruum equorum. Siquidem adventus Redemptoris super pullo non imbecillitatem aliquam indicabat, sed humilitatis mansuetudinem, ut superbiam extingueret. Quoniam vero noverat inimicus quae res agendae erant juxta prophetarum vocem, invidia et livore actus est in pullum, (quem sibi elegit Dominus), ut superbiam superbi deprimeret, et magnos fastus gloriantium in curribus et equis humiliaret.

Quod optime praemonens beatus propheta, confortabat (Ecclesiam), dicens: *Noli timere filia Sion, praedica, et gaude filia Jerusalem, quia ecce Rex tuus venit, sedens in pullo asini, ut deperdat currus ex Ephraem, et equos de Jerusalem*. Viden' quomodo tumidam et jactabundam ambitionem comprimebat per mansuetudinem, sedabatque? Quemadmodum suis doloribus dolores abstulit, et morte mortem ligavit, et ligno sanctae Crucis adversarii vim confregit, pariter et pullo fastum equino marte minitantis destruxit.

Gaude, ait propheta, *filia Sion, exulta, et praedica*

(1) In Codice Homiliarum Arm. XIII. pag. 287.

ցնծամ և քարոզեմ զդուստր երուսաղէմի ։ Զի պարտ և պատշաճ է աստուածապաշտօնից՝ ոչ միայն յանձին ունել զաստուածական պարգևս, այլ և յայլս սփռել զբարերարութեն զքաղցրութի ։ Զի ահաւասիկ թագաւոր քո գայ հեզ, և խոնարհ, և նստեալ յաւանակի ։ Բարուոք զհեզն և զխոնարհն յառաջագոյն հաստատեաց ։ զի յայտ արասցէ, թէ ոչ չքաւորութեան ինչ պատճառք էին, այլ հեզութե և խոնարհութե ուսեալք ։ զի եթէ ոք առ աղքատութե ընչից, և չքաւորութեան երիվարաց՝ հեծանիցի յիշամօրակ յաւանակի, չէ ինչ 'ի լաւութի և խոնարհութիւն համարեալ ։ քանզի հարկ անանկութեն ածէ զնա յայն ։ Իսկ եթէ ոք կառաւէտ երիվարաշատ՝ առ հեզութե նստիցի 'ի մտրկի իշոյ, զարդարէ խոնարհութբ զկարգ հեզութեն ։ Չէր աղքատ 'ի կառաց թագաւորն զօրութեց ։ չէր չքաւոր 'ի կառաց և յերիվարաց միածինն, զորմէ մարգարէն ասէ, թէ կառք այ բիւրապատիկք են, և հազարք ուրախիչք ։ չէր աղքատ 'ի կառաց, որ զհողմն լծեալ արշաւէ՝ զքանչելի և նորանշան երասանակօք ։ Կամ թէ ո՞չ գիտիցես, թէ որպէս մեզ ձիգ (կամ ձիք) են յերիվարս, նոյնպէս և նմա հողմք համարեալ են յերիվարս ։ ըստ այնմ որ դաւիթն ասէ, թէ որ շրջի 'ի վերայ թևոց հողմոց ։

Արդ եկն յաւանակաւ՝ միանգամայն քակել զամբարտաւանութի խոնարհութբ, զի և զօրինակ մերն հեթանոսաց կատարեալ աւետարանեսցէ ։ Քանզի յաւանակն ընդ պիղծ անասունս համարեալ է ։ զի ամենայն որ ոչ կճղակահերձ իցէ, և ոչ որոճիցէ, ընդ պիղծ անասունս դասեալ որոշեաց մովսէս ։ և էշ՝ քանզի ոչ որոճայ և ոչ կճղակահերձ է, ընդ պիղծ անասունս համարեալ է ։ Յառաջագոյն կատարէր զկերպարանս մարդախնդիր ուսուցութեանն ։ քանզի հանդերձեալ էր անուանել երիվար աստուածազան սրբական ժողովուրդն ։ զի որպէս ձիգ (ձիք) երիվարք են հեծելոց, այնպէս և հոգիք սրբոց երիվարք են այ՝ առ 'ի վարս և 'ի հրամանս խրատականս ։ ըստ այնմ զոր մարգարէն ասէ, եթէ ելանիցես յերիվարս, և հեծելութի քո փրկութիւն է ։ Այսպիսի

filia Jerusalem. Quoniam oportet pios Dei cultores non solum in se habere dona divina, verum etiam in alios spargere beneficii praedicationem. *Quia ecce Rex tuus venit tibi mitis et humilis sedens in pullo*. Optime mitem et humilem praeponens statuit, ut palam faceret, minime inopiae rationem adesse, sed mansuetudinis et humilitatis laetum nuncium. Namque siquis propter paupertatem substantiarum, penuriamque equorum pullo vehatur aselli, haud probitati id suae, humilitatique adjudicatur, necessitas enim inopiae ad hoc eum ducit. Siquis tamen curruum equorumque multitudine praeditus propter mansuetudinem sederit in pullo asini, humilitate mansuetudinem cordis adornat. Non inops erat curruum Rex virtutum: non carebat curribus equisque Unigenitus, de quo propheta dicebat, *Currus Dei myriades sunt, et millia aurigarum*. Haud pauper erat curribus, qui ventis conjugatis, per miras novasque habenas incursionem facit. Aut ignorasne, quod sicut nos equi vehunt, sic et ipsi venti censentur pro equis, juxta illud quod David dixit: *Qui ambulat super alas ventorum*.

Venit itaque super pullo, tum ut superbiam in humilitate destrueret, tum etiam ut modum, quo introirent Gentes, annuntiaret. Siquidem asellus inter immunda animantia recensetur: omne enim quod non sit unguium scissarum, neque ruminet, in seriem immundorum animantium separatum determinavit Moyses: quia ergo asinus nec ruminat, neque discissas habet ungues, cum immundis jumentis existimatur. Anterius perficiebat figuram Dispensationis (Incarnationis) ordinatae ad quaerendos homines: quoniam equus nominandus erat populus Dei sacer; sicut enim equi sunt qui vehunt equites, similiter et animae sanctorum equi sunt Dei, ut vitam et disciplinam ad nutum divinum exequantur; juxta illud quod propheta dicit: *Ascendas in equos, et equitatio tua salus est*. Hujusmo-

ինչ երկիւղալը տրմուղ անհրաժեշտ էր պօղոսս , չան-
սականն ածայլին սանձացն , անկուշող , կցատող ածայլն
օրինացն ։ Որ 'ի Ձարակս օրինացն արածէր , և ա-
ւետարանական շնորհացն կիցս ընկենոյր ․ յորժամ
եդ նմա սանձս , նստեալ 'ի վերայ նորա առդին ան-
հատէրն , ասէր , սաւուղ , սաւուղ , զի՞ հալածես զիս ․
խիստ է քեզ ընդդէմ խթանի աքացել , և ընդդէմ
սուսերի կիցս ընկենուլ ։ Այլ քանզի եւ փոխեաւ 'ի
կարգէ Ձաւուս յովանակն , աղաչեսցուք զՏէր յովա-
նակին , որ կարողն է ունել և ածել , և հաստատել
ընդ Ձաւուս դյովանակն ․ քանզի ինքն է՝ զորմէ ասէ
մարդարէութիւն , կապեացէ զորթոյ զյաւանակ իւր ։
Նստաւ յա 'ի յաւանակի , որ նստին 'ի քերովբէս ․
որ 'ի վեր աշխարհն է վասն ածականն բնութեանն ,
և 'ի խոնարհ անեկսցեալ վասն մարդասէր շնորհացն ․
որում 'ի բարձունս զօրութիւն երկիր պագանեն սե-
րովբէք , և յերկրի համարձակութեամբ քարոզի 'ի
մարմնականացս ։ Օ՛վ որչափ 'ի վեր է ահագին
ծնունդն , նոյնպէս և 'ի խոնարհ փափագանաց ինք-
նարձակեցիկն շառաւիղի ։ Նստաւ յա 'ի յաւանա-
կի , և տարածանէին ժողովուրդքն զհանդերձս ա-
ռաջի ։ Որում էր պատիւն , այլ ոչ ինչ արժանի
ըստ պատուիրանին պատուեցան պատիւն ․ քանզի ոչ
եթէ ըստ իւրում արժանաւորութեան խնդրէ Ած
պարգևս 'ի մարդկանէ , այլ ըստ բաւականի պա-
տուողացն ․ Նաև չիք իսկ այնպիսի ինչ՝ որ զԱծ ըստ
իւրում արժանաւորութեանն պատուել կարասցէ ։
Ո՛չ երկիր ամենայն , և ոչ բնաւ երկինք բարբառս
ձուլեալ , և ամենայն բարբառք հրեշտակաց և հրեշ-
տակապետաց՝ երևելեաց և աներևութից լեալ լե-
զուք՝ բաւական են ըստ իւրում արժանաւորութեան
փառաւորել զնա ։

Հեծաւ յաւանակի , որ յերկնականանն նստի մշ-
տնջենաւորական ։ Տարածանէին մարդիկն զհան-
դերձս առաջի , որոց օրէն էր նախ զՔ զհանդերձս
զհոգւոյն տարածանել ։ Ո՛վ որ տարածանես ըզ-
հանդերձսդ 'ի կոխումն յաւանակին , տարածեա՛
զհոգիդ քո 'ի բնակութիւն ․ զոր և մկրտիչն յոհաննէս
քարոզէր , պատրաստ արարէք զՃանապարհս Տն , և

di equus novellus habena carens erat Paulus, minime acquiescens fraeno divino, depellens calcitransque legis divinae; qui in pabulo legis pascebatur, et Evangelicae gratiae obsistebat. Quando autem habena illi imposita, sedit super eum Filius, universorum Dominus, dixit: *Saul Saul, ut quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare*, et contra gladium junctos pedes reponere. Quoniam vero exiens fugit pullus a serie sermonis, precamur Dominum pulli, qui potest tenere, et ducere eum, et firmare sermone nostro; ipse enim est, de quo ait prophetia: *Ligabit in vite pullum suum*.

Sedit igitur super pullo Jesus, qui resedit supra Cherubim; qui superius formidabilis est propter divinam naturam, et inferius hoc propter amorem hominum optavit: quem in excelsis cum tremore adorant Seraphim, et in terra libere ab hominibus praedicatur. Quo enim celsior est superna illa generatio horrenda (divinitatis), eo inferiora cupit eruptio rami (humanitatis) per se demissi. Sedit Jesus in pullo, et populi sternebant vestes ante eum. Bonus erat honor, sed nihil honorifice secundum dignitatem honorabilis honor honorantium. Etenim non secundum propriam dignitatem quaerit munera ab hominibus, sed secundum honorantium sufficientiam. Neque enim quidquam est illiusmodi, quod juxta ipsius dignitatem honorare eum possit; nec terra universa, neque totum caelum, si in unam coalescerent vocem, et omnis sonitus angelorum et archangelorum, visibilium et invisibilium in unam linguam loquentium secundum ipsius dignitatem eum glorificare sufficerent.

Sedit in pullo, qui in caelestibus sempiterne residit. Extendebant homines vestimenta ante eum, quos licebat ante vestimenta animas expandere. O tu, qui extendis vestes tuas, ut conculcentur a pullo, extende animam tuam in habitaculum Dei. Quod et Baptista ille Joannes praedicabat: *Parate vias Domini, et rectas facite semitas politas;* hoc est animas facere

ուղիղ արարէք զշաւիղս հորդեալս. այս է՝ զհոգին առնել պատրաստական, յորում մտանէ և բնակեսցէ Տէրն և Տէրորդին։ Իսկ ոստս արմաւենեաց առեալ՝ ելանէին ընդ առաջ. և զոր հրեշտակք փառաւորէին յերկինս ահիւ, օրհնէին և մանկունքն՝ ցնծալով յերկրի, ասելով ովսաննա, այս է ըստ եբրայեցւոց բարբառոյն՝ փառաբանութիւն իմն, նշանակեալ, և մեծ գովութիւն։

ՃԱՌ. ԺԲ.

Նորին ի Կիւրակէի՝ երանելւոյն Սեւերիանոսի Եպիսկոպոսի ասացեալ յաւետարանէն Մատթէոսի[1]։

Այր մի իջանէր յերուսաղեմէ յերիքով, և անկաւ ի ձեռս աւազակաց. որք մերկացուցին զնա, և վէրս մեծամեծս եդին ի վերայ նորա. թողեալ կիսամահ՝ և գնացին. ապա զայր անցանէր հայրապետ մի, ետես և զանց արար. երկրորդ անգամ զայր անցանէր ղեւտացի մի, ետես և ոչ գթացաւ. երրորդ անգամ անցանէր ընդ այն շամրատացի մի, ետես և գթացաւ ի նա. առեալ լուաց զվէրս նորա, արկ ի նա գինի և ձէթ, պատեաց զնա, եդ ի վերայ գրաստու իւրոյ, տարաւ եա զնա ցպանդոկապետն. և հանեալ երկուս դահեկանս՝ ետ ցպանդոկապետն, և ասէ, պահեա զդա, մինչև ի կրկին դառնալն իմում, և հատուցից քեզ զվարձս։

Արդ յորժամ արար Տէր զերկինս և զերկիր և զմարդն ըստ պատկերի կերպարանաց, որպէս ասէ պատմութիւնն, ստեղծ Տէր Աստուած զմարդն հող յերկրէ, և տնկեաց զդրախտն յեդեմ. և անդ եդ զմարդն զոր ստեղծ ձեռօք իւրովք, և փչեաց յերեսս նորա

1 Ճառընտ. Գ. երես. 370. 144. յանուն ոսկեբերանի. այլ է և որ կայ յուրբաթագիրս.

paratas promptasque, in quibus intrans habitabit Deus Dominique Filius. Ramis quoque palmarum acceptis obviam exibant: et quem Angeli glorificant in caelo cum timore, benedicebant et pueri exultantes in terra, dicentes Hosanna, quod secundum Hebraicam linguam verae glorificationis est significatio, magnaeque laudis.

HOMILIA XII.

Tertia Dominica (Quadragesimae) Beati Severiani Episcopi (homilia) dicta ex Evangelii commentario (1).

Vir quidam descendebat ex Jerusalem in Jericho, et cecidit in manus latronum, qui exuerunt eum, et plagas magnas inflixerunt ei, et relicto eo semimortuo, abierunt. Deinde veniens transibat patriarcha quidam; vidit, et praeteriit. Iterum veniens transibat Levites quidam, vidit, et non est misertus. Tertio transibat eo quidam Samarita; vidit, et misertus est ejus: sumens lavit plagas ejus; fudit in illis vinum et oleum, alligavit, positumque super jumentum suum deduxit, et eum stabulario commisit. Atque eductos duos denarios dedit stabulario, et dixit; serva istum usquedum revertar, ét reddam tibi mercedem.

Quando fecit Deus caelum et terram, hominemque secundum imaginem formae (suae), sicut dicit historia, Creavit Dominus Deus hominem pulverem de terra, et plantavit paradisum in Eden, et ibi posuit hominem, quem manibus formavit suis, et sufflavit in

(1) In Cod. Homil. III. 370.

շունչ կենդանի. և եղև մարդն յոգի կենդանարար. և (զի) գործեսցէ զպարտէզն, և պահեսցէ զհրամանսն աստուածայինս: Այլ կամ զի՞ կայր 'ի նմա, և կամ երկիւղ իսկ յումմէ՞ կայր, զի պահ տայր ունել. քանզի ոչ ոք կայր 'ի նմա, բայց միայն ադամ: Իսկ գիրք 'ն այսպէս ցուցանեն մեզ, սահման էր այ զմարդն, և անկեալ զդրախտն. զո՞ր դրախտ, եթէ ոչ զկատարութիւն եկեղեցւոյ, և եդ անդ զադամ, զի գործեսցէ զարդարութիւն: Այլ զի ասաց այ, ասէ, յամենայն ծառոցդ որ են 'ի ներքս 'ի դրախտիդ՝ ուտելով կերիցես. յամենայն ծառոց. ուստի՞ հրամայեաց ուտել. ամենայն պատգամք բարիք են՝ որ գրեալ են 'ի գիրս 'նոցա քո՞յ, զոր թէ առնէ մարդ, կեցցէ նովիմբ. և ծառ գիտութեան բարւոյ և չարի, զոր ասաց այ, մի՛ ուտիցէք 'ի նմանէ, պատգամք անպիտանք են՝ չարաչար գործք մարդկան, զոր գործէ մարդ, և նովիմբ մեռանի:

Այլ զի՞նչ խորհուրդ իցէ 'ի դրախտին և 'ի պտուղ նորա. բայց մեք հաւատալ պարտիմք, եթէ դրախտն օրինակ էր եկեղեցւոյ. և գետն՝ որ ելանէր ոռոգանէր զդրախտն, նոյն ինքն քս, որ ծնաւ 'ի մարիամայ կուսէն, զի առաքեաց զմարիամ յեդեմ. վասն զի 'ի հողոյ (կոյս) ստեղծեալ էր զնա յերկրէ. և յայտնի գետոյ չորք առաջք ելանեն. որոց անուանքն յայտնի են, մատթէոս, մարկոս, ղուկաս, և յոհաննէս, որ գրեալ են զչորս աւետարանսդ՝ առագելով զամենայն տիեզերս:

Տեսցուք արդեօք ո՞րպիսիք զօձն զսատանայ, որ նախանձեցաւ ընդ մարդոյն չարութիւ և գայթակղեցոյց. և ձև է սատանայ, եթէ ոչ մահ, զի յորժամ անց ադամ ընդ հրամանն պատուիրանին, հրամայեաց այ, և թագաւորեաց մահ 'ի վերայ նորա. Իսկ իբրև ետես այ՝ եթէ մեղաւ ադամ, ասէ ցօձն, անիծեալ լիջիր դու յամենայն անասունս. զի դու ապականեցեր զպտուղ որովայնի դորա, արդ դու 'ի պորտ քո սողեսջիր զամենայն աւուրս կենաց քոց: Յորժամ մեղաւ ադամ, բարձաւ 'ի նմանէ փառքն

faciem ejus spiraculum vivum: et factus est homo in anima vivifica, ut operaretur bonum, faceretque quod placeret coram Deo. Quid autem erat in illo (paradiso), aut de quo timendum erat, ut commendaret illi custodiendum? Nullus enim erat in eo, nisi solus Adam. Scriptura ipsa sic indicat nobis, Creavit Dominus Deus hominem, et plantavit paradisum. Quem paradisum? nisi Catholicam Ecclesiam. Et posuit illic Adam, ut operaretur justitiam. Quum autem dixit Deus, *Ex omnibus arboribus, quae sunt intus in paradiso, comedens comedas*, dicens ex omnibus arboribus, unde jusserit comedere? (Patet quod) Omnia oracula bona sunt, quae scripta cernuntur in sacris litteris Christi: quae si facit homo, vivet in eis. Arbor autem scientiae boni et mali, de qua dixit Deus, ne edatis ab illa, oracula inutilia innuit, sive male facta opera humana, quae operatur homo, et in iis moritur.

Sed quid mysterii celatur in paradiso, fructuque ejus? Nos tamen credere debemus, quod paradisus exemplum erat Ecclesiae. Fluvius autem qui egressus irrigabat paradisum, idem ipse est Christus natus ex Maria Virgine; namque Mariam figuravit in Eden: siquidem ex costa formaverat eam (ut primam virginem) ex terra (ex Adam). Et ab hoc flumine quatuor progressus exeunt, quorum nomina manifesta sunt, Mattheus, Marcus, Lucas, et Joannes, conscriptores quatuor Evangeliorum ad irrigandum universum orbem.

Videamus nunc, Dilecti, serpentem diabolum, qui homini per malitiam invidit, offenditque. Quis autem est diabolus, nisi mors? Quando enim transgressus est Adam mandatum praecepti, jubente Deo, regnavit mors super eum. Videns autem Deus, quod peccavit Adam, dixit ad serpentem: Maledictus eris tu in cunctis animantibus; quoniam vero tu corrupisti fructum ventris istius, tu ergo in lumbo tuo repes per omnes dies vitae tuae. Quando peccavit Adam, ablata fuerunt ab eo gloria ejus et honor, regnavitque mors

և պատիւն, և Թագաւորութեան մահ 'ի վերայ նորա։ Մարդ այրն որ իջանէր յերուսաղեմէ յերիքով, այն ադամ էր, և աւազակքն սատանայ էր։ Իսկ որ ասէ, Թէ վէրս 'ի վերայ եդին, նոյն ինքն սատանայ զի մե- ղօք վիրաւորեաց զնա։ Եւ երուսաղէմ երկինք Թագաւորութիւն, և երիքով երկիրս այս 'ի ստորին կողմն։ Իսկ որ քահանայապետն մի գայր անցանէր, ինքն անց հայրապետն աբրահամ, և եւս զադամայականն մար- մինն 'ի մեղացն մեռեալ, և ոչ կարաց բժշկել. իսկ որ ասէն, եթէ երկրորդ անգամ գայր անցանէր քա- հանայապետն մի. ո՞վ էր քահանայապետն' եթէ ոչ մովսէս, որ եւս զադամայականն մարմինն 'ի մե- ղացն մեռեալ, և ոչ կարաց բժշկել։

Իսկ որ ասէն, եթէ երրորդ անգամ գայր անցա- նէր շամրտացի մի, եւտե և գթացաւ 'ի վերայ նո- րա։ Շամրտացին ո՞վ էր, եթէ ոչ ինքն քս. լուաց զվէրս նորա' ոչ այլ ջրով, այլ յորդանանու գետով. արկ 'ի նա ձէթ և գինի. գինի աւանդէ օրհնակաւ 'ի հոգւոյն սբ' որ էջ 'ի նմանութիւն աղաւնոյ 'ի վերայ նո- րա. և ձէթն 'ի միրոնութեան դրոշմին։ Պատեաց զնա օրհնօք և մարգարէիւք, եդ 'ի վերայ բեռին իւրոյ, այսինքն 'ի վերայ խաչափայտին. տարաւ եդ զնա 'ի պանդոկի մի. պանդոկին եկեղեցի Թագաւորութիւն, քանզի հիւանդանոց է ամենայն մեղաւորաց. և պանդո- կին ետ ցպանդոկապետն. եկեղեցին ցեպիսկոպոսն։ Եւ ետ նմա երկուս պատուիրանս, զոր գրեալ է, լսեր խորայել, տր ած քո տր մի է, և սիրեսցես զտր ած քո յամենայն սրտէ քումմէ և յամենայն զօրու- թենէ քումմէ և յամենայն անձնէ քումմէ. և զըն- կեր քո իբրև զանձն քո, որ լաւ է քան զողջակէզս և զզոհս։ Եւ յորժամ սիրեսցուք զմիմեանս իբրև զանձինս, և որ ինչ մեզ չար թուի' ոչ արասցուք ըն- կերացն, յայնժամ ապա կատարեսցուք զպատուի- րանն քի. և յայնժամ ամենայնի փառաւորեսցուք զհայր և զորդի և զհոգին սբ այժմ և միշտ և յաւի- տեանս յաւիտենից, ամէն։

super eum, Itaque quum dicitur, vir quidam descendebat a Jerusalem in Jericho, vir ille Adam erat, et latro diabolus. Quum vero dicitur, plagas imposuerunt, ejusdem diaboli opus fuit, qui peccato vulneravit eum. Jerusalem autem per interpretationem caelum est, et Jericho terra ista in inferiori parte. Quod autem summus sacerdos quidam veniens transibat, sic accipe: Veniens iter fecit patriarcha Abraham, videns autem Adamicum corpus a peccato mortuum, non potuit curare. Quod vero dicit, deinde transisse pontificem (Levitam) quendam, quis ille erat pontifex (Levita), nisi Moyses? qui etiam viso Adamico corpore a peccatis mortuo, nequivit mederi ei.

Quum tamen dicit, quod tertio veniens transibat Samarita quidam, qui videns misertus est ejus, quis Samaritanus ille erat, nisi Christus ipse? Qui lavit vulnera ejus, non alia aqua, sed Jordane amni. Infudit etiam in eum oleum et vinum. Vino figuratur Spiritus Sanctus, qui descendit in similitudine columbae super eum, et oleo signum baptismi. Alligavit eum lege et prophetis. Imposuit super onus suum, Lignum scilicet Crucis. Duxit commendavitque eum in stabulum. Stabulum exponitur Ecclesia, quia valetudinarium est omnium peccatorum. Stabulum autem dedit eum Stabulario: Ecclesia Episcopo. Dedit autem illi duo praecepta, scripta nimirum illa: Audi Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est, et diliges Dominum Deum tuum ex omni corde tuo, et ex omni virtute tua, et ex tota anima tua; atque socium tuum sicut animam tuam: quod melius est holocaustis et hostiis. Quando ergo diligamus alios sicut nosmetipsos, et quidquid nobis malum videtur, non faciamus sociis, tunc profecto praeceptum Christi perficiemus: atque in his omnibus glorificabimus Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum nunc et semper, et in saecula saeculorum. amen.

ՃԱՌ. ԺԳ.

Երանելւոյն Սեւերիանոսի եպիսկոպոսի ՚ի Թզենին որ ցամաքեցաւ ։ (Կամ, զոր անէծ Տէրն մեր ։)[1]

Ոչ առանձնելով ծառ ծաղկազգեաց (կամ ծաղկազգեաց), և կամ աղբիւր ջրաբուղխ, նախքան աւտուածն ընդդիմեալ է և զորրան, և զմիտսն դարձուցանէ անդր. Նմանապէս և ունկն լսելով ՚ի ձեռն բանից զգործս և զպատմութիւնս, առ այնմանիկ զմիտսն ձգէ. մինչ զի լինել այնպիսուած յայնմ տեղւոջ, բայց միայն անդր՝ ուր բանն զպատմութիւնն իւր նկարագրէ։ Նոյնպիսի ինչ դիպեցաւ այժմ մերեալքս. լսելով յաւետարանչէն՝ որ պատմէ՚ի բեթանիա ՚ի քնէ զթզենւոյն իւր լեալ, ոսս եմ մարմնով, այլ միայն անդր զիս զօղ վարկանիմ. և կարծեմ զհետ երթալով յոր՝ տեսանել զթզենին նախ քան զմրուծոյն հրամանին ծաղկեալ և զուարձացեալ, և յետ մի հրամանին խամրեալ և չորացեալ։

Առաւօտուն ասէ երթայր ՚ի քաղաքն յետ, քաղցեաւ, և տեսեալ զթզենին՝ չոգաւ առ նա. և ոչինչ եգիտ ՚ի նմա, բայց միայն տերեւ. և ասէ ցնա, մի եւս ՚ի քէն պտուղ եղիցի յաւիտեան, և վաղվաղակի չորացաւ։ Նոյնպէս մեզ այժմ ընթերցեալ եղեն. Հիացուցանեն զիս իրքն, և բաժանին միտքս. զի յորժամ կամիմ զպատմութիւն իւր ասել, վաղվաղակի հանդերձ տեսութեամբ սքանչելիքն յինքեանս զիս ձգեն։ Նա յորժամ տեսանիցէ ոք ստամանս ակի՝ որ ունիցի յինքեան ակունս պատուականս, ընթեռլով յինքեան զքեալ զխորհուրդն, կամի տեսանել զստամանն յաղագս իւրոյ պայծառութեանն, ընդդէմ նմին ձգեալ լինի որ ՚ի ներքս ակունքն,

1 ՚Ի Ճառընտիրս մեր. Գ. 603. և ԺԳ. 297։ Գտանի այս ճառ և ՚ի յունելուածս Ոսկեբ. յի. լա. հա. Է. 106. ընծայեալ Սեւերիանոսի ՚ի քաղ. քննչաց ։

(1) Sic in Codd. Homil. Arm. III. 603. et XIII. 297.

(2) Haec oratio reperitur Gr. Lat. inter Sermones S. Joanni Chrysostomo injuste adscriptos.

HOMILIA XIII.

Beati Severiani Episcopi [1] *in Ficulneam arefactam. (al. cui maledixit Dominus noster)* [2].

Oculus videns arborem floribus decoratam, aut fontem aquis scaturientem, ipso visu motus animum etiam ac mentem illuc convertit. Pariter et auris audiens verbis mediantibus acta narrationesque, ad haec dirigit mentem; ita ut talis quisquam etsi in ipso loco sit, mente tamen ibi comperitur, ubi verbum res historiae describit. Istiusmodi casus mihi evenit hodie, Dilecti: audiens enim ex Evangelista, qui in Bethania a Christo ficum arefactam fuisse commemorat, hic quidem sum corpore, sed animo illic me esse censeo, atque mihi sequi Jesum, ficumque ante Dominicum mandatum virentem ac vigentem, postea vero ex Domini jussu marcescentem ac arefactam aspicere videor.

Mane, inquit, *cum iret in civitatem Jesus, esurivit; et videns ficulneam, adiit eam; et nihil invenit in ea, nisi folia tantum. Et ait illi: Non amplius ex te fructus nascatur in sempiternum; et subito arefacta est.* Haec nobis nunc lecta sunt. Stuporem mihi res ipsa adducit, et dividitur mens mea; quum enim volo narrationem ipsam dicere, statim cum visa (historia) miracula in se me trahunt. Quemadmodum quando quis videat urnam auream lapillos pretiosos continentem una cum inscriptione mysteriosa, urnam quidem propter suum nitorem videre cupit, verum ex opposito trahuntur oculi in gemmas intus existentes; quoniam festinat et lapillorum inspicere pulchritudinem varie-

Tom. VIII. p. 106. atque ut notatur ibidem, Severiano jure attribuitur a quodam erudito. Quamvis autem dicat Montfaucon, *Severiani esse affirmare non ausim*, satis est tamen quod praemisit, *est quippe stylus Severiani homiliis admodum affinis*. Nos Armenam lectionem sinceriter expressimus.

էր և զնա քաջապտուղ ցուցանել: Ո՜ ինչ մեղաւ թզենին, ասիցէ ոք արդեօք, յորժամ ոչ էր նորա ժամանակ, որպէս և Մարկոս աւետարանիչն ասէ. Ձմեռն էր 'ի ժամանակին յայնմիկ: Արդ եթէ ոչ խորհուրդ ինչ իցէ յաղագս մարդկան 'ի նմա կատարեալ, գտցի և տ̅րն ըստ միում օրինակի գովելի, վասն զի բանիւ զնա գօսացոյց, և ըստգտանելի, զի անիրաւաբար զնա նզովեաց: Այլ պարտ և արժան է այսուհետև զիրելքս իմանալ, զնոյն կերպարանս բերէր թզենին, վասն զի ոչինչ էին 'ի բնէ լեալ իրքն՝ որ ոչ ունէին խորհուրդ յաղագս մարդկան կատարման. բոլորովին իսկ ոչ 'ի նմանէ լեալ գործք՝ որ ոչ յոյժ օգտակարագոյն էր, և ոչ առ երկնային ընդունելութիւն շարժէր զմիտս:

Զայս թզենի առաջինքն ասացին (ոմն) հրէից ժողովրդեանն. յոր եկն ասէ տ̅րն խնդրել զպտուղ հաւատոց, և ոչ եգիտ, բայց միայն բանիւք մարգարէից և օրինօք վարսաւորեալ իբրև տերևով. մի ևս լիցի 'ի քէն պտուղ յաւիտեան: Այց ես մեկնութեան այսմ ընդդէմ ձեռնարկիմ ասել զիրելքս, վասն զի ոչ այսպէս ունի հաստատութիւն մտաց. զիա՞րդ արդեօք անիծանէր տ̅րն, որ ասէր, օրհնեցէք, և մի անիծանէք. զիա՞րդ և զժողովրդեանն նզովեաց և գօսացոյց, որ ասէրն, ոչ եկն որդի մարդոյ կորուսանել, այլ խնդրել և կեցուցանել զկորուսեալն: Որպէս եթէ ոք ընդդէմ վիճի՝ ասելով հրէից ժողովրդեանն նման լինել զթզենին, զիա՞րդ արմատաքի գօսացուցեալ զժողովրդեանն, որ այնպիսի քաջապտուղ շառաւեղ բուսոյց զքաղցրն զպտուղս. յոլով և այլս ծաղկեալս 'ի հրէից ժողովրդեանէն. նա և առաքեալքն քարոզեալ 'ի նմին ժողովրդեանէ. հանդիպեցաւ և Ակիւղաս, և յոլով այլս, զորոց համար անուանցն յաղագս այժմ յոլովութեան բանից հրաժարեմք ասել: Իսկ զի ոչ ամենևին մերժեաց զժողովուրդն հրէից տ̅րն, վկայեսցէ ինձ պօղոս առաքելոյն, միթէ մերժեա՞ց ա̅ծ զժողովուրդ իւր, քաւ լիցի, քանզի և ես իսրայելացի եմ յազգէ աբրահամու, 'ի ցեղէ բենիամենի. ոչ մերժեաց ա̅ծ զժողովուրդ իւր, այլ և փրկութիւն ևս ժողովրդեանն 'ի

poterat etiam feracissimam illam constituere. Quid peccavit ficulnea, forsitan quis dixerit, quum non erat ejus tempus? sicut et Marcus Evangelista dixit; nam hyems in illo tempore erat. Ergo si mysterium aliquod propter homines in illa peractum non est, invenietur et Dominus ipse simul laudandus eo quod verbo potuerit arefacere illam, et simul inculpandus eo quod injuste ei maledixerit. Sed oportet dehinc intelligere, Dilecti, talem formam praesetulisse ficulneam; siquidem nihil a Christo factum fuit, quin mysterium perfectionis propter homines habuisset; nullatenus ab eo perpetratum fuit opus, quin valde utilius esset, atque ad caelestem susceptionem animum movisset.

Hanc ficulneam majores dixerunt Judaeorum Synagogam esse, ad quam venit, ajunt, Dominus quaerens fructum Fidei, et, nisi tantum verbis prophetarum ac lege tamquam frondescentem foliis, non reperit. (quare arefecit, dicens:) *Non amplius fiat a te fructus in aeternum*. Ego tamen huic explicationi contradicere aggredior, Dilecti; quoniam non ita constantia sententiae adest. Quomodo quippe maledixisset Dominus, qui dicebat, *Benedicite, neque maledicetis?* Quomodo et Synagogam execratus esset ac arefecisset, qui dicebat: *Non venit Filius hominis perdere, sed quaerere, et salvare perditum*. Quod si quis contra litigans asseruerit Judaeorum Synagogam similem esse ficulneae, quomodo sustineret radicitus arefactam fuisse Synagogam, quae talem fertilissimum ramum produxit, suavissimum, inquam, Paulum, plurimosque alios ex Judaica Synagoga florescentes; sicut et vel ipsum Stephanum ab ipsa Synagoga lapidatum. Adsunt et Aquila multique alii, quorum enumerationem nominum ob copiam praesentis sermonis proferre omittimus. Quod autem non penitus rejecerit populum Judaeorum Dominus, testimonio erit mihi Paulus dicens: *Numquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus*

վերջինն աւուրսն խոստացաւ՝ ասելով, յորժամ լրան հեթանոսաց մտցէ, յայնժամ ամենայն իսրայէլ կեցցէ: Ո՛չ ի Թէոդէա և Թշնամիք եղեն հրէայքն յաղագս մեր, այլ զի նոցա անհաւատութեամբ ողորմ. Թե՛ն գտցուք. որպէս վկայէ ինձ պօղոս ասելով, ըստ աւետարանիս Թշնամիք են վասն ձեր, և ըստ ըտրութեն սիրելիք վասն հարցն. քանզի անզեղջ են շնորհքն և կոչումն ա՛յ:

Խնդրելի է այսուհետև սիրելիք յաղագս Թզենւոյն բանն, Թէ զի՞նչ ուրուք բերէ զկերպարանս. այլ Թէ զադամայ յիշես որ ՚ի դրախտին մերկացաւ, զորո՞յ (ծառոյ) զտերևն առնլով արար ինքեան պատմուճան, տեսեր՝ իրաւացի զիմրդ զնա գուշակեաց. կամ Թէ ո՞չ արդեօք և քո տերև Թզենւոյ առեալ զամօԹ քո ինքեամբ ծածկեիր: Արդ եկն տ՛րն, և տակաւին ես ՚ի քեզ ծածկեալ էր Թզենին՝ ամօԹ քո ծածկոյԹ, բանիւ գուշացոյց. և առ զքո զաղքատուԹիդ, և ետ քեզ զճոխուԹիւն. էառ զանԹոյն քո ծածկոյԹ, և ետ քեզ զծիրանափայլ պատմուճանն ՚ի ջրոյ և ՚ի հոգւոյ անկեալ. ցամաքեցոյ զտերև Թզենւոյն, և ետ քեզ զկապուտ հոգւոյն: Ո՞ր կապուտ. զոր օձն կողոպտեաց ՚ի դրախտի փափկուԹեն, զանապականուԹն պատմուճան: Նոյ երԹիցուք վերստին ՚ի ճառն:

Նաւաստուն երԹալով յս ՚ի քաղաքն՝ քարոզեաց: Ոչ ետ անցանելոյ մոլորուԹն զիշերոյն, և զառաւօք՛ի զլուսաւորուԹեն զճառագայԹսն պայծառացուցանելով յաշխարհի. վասն զի առաւօտ էր ք՛ս, որպէս և ասէ մարգարէն. որպէս առաւօտ պատրաստական գտցուք զնա: Նաւաստուն երԹալով յս. յառաւօտու, յետ ապականելոյ խաւարազգեստ մահուն լուսով փառացն ք՛ի, և զսոսկէճաճանչ ճառագայԹս արեգականն արդարուԹեան խաւարել մարդկան ծագելով, առաւօտունն զջերմն զճառագայԹս ա՛ծուԹեն ուսուցանելով, և զմեռեալ ա՛ ձինս ՚ի սատանայէ ջեռուցանելով. զի ոչ ոք իցէ՝,

plebem suam. Verum etiam salutem populo illi in novissimis diebus promisit, dicens: *Quum plenitudo Gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus erit*. Quamvis enim inimici facti sunt Judaei Deo propter nos, sed (id factum est) ut in eorum infidelitate misericordiam nos inveniremus; sicut testatur mihi Paulus dicens: *Secundum Evangelium quidem inimici sunt propter vos; secundum electionem autem dilecti propter patres: quoniam poenitere nesciunt gratia et vocatio sancta*.

Quaerenda itaque est, Dilecti, de ficulnea ratio, cujusnam figuram praeseferat? Quod si de Adamo memineris in Paradiso nudato, cujusnam (arboris) folium acceptum stolam sibi fecit, vidisti quomodo jure illam arefecerit: aliàs nonne et tu folio ficulneae desumpto, pudorem tuum per te obtegebas? Venit ergo Dominus, dum adhuc in te latebat ficulnea sicut tegumentum pudoris tui, atque arefaciens verbo, accepit tuam paupertatem, et dedit tibi opulentiam suam. Sumpsit pudoris tui velamen, et concessit tibi stolam nivei candoris ex aqua Spirituque contextam. Siccavit folium ficulneae, atque praestitit tibi animae exuvias. Quas exuvias? quas serpens spoliavit in paradiso voluptatis (1), stolam incorruptionis. Caeterum redeamus in textum.

Mane cum iret Jesus in civitatem, esurivit. Postquam nimirum transiisset erroris nox, et mane ipsum, Christo nempe resurgente, radiorum claritate donabat mundum; mane enim erat Christus, sicut et propheta dicit, *Tamquam mane paratum inveniemus eum*. *Mane ibat Jesus*. Matutino tempore, postquam evanuerat tenebrarum formae mors per lumen gloriae Christi, atque aureorum radiorum splendor solis justitiae hominibus in tenebris sedentibus refulsit, et mane calidos radios Divinitatis diffudit, animasque a diabolo enecatas calefecit. Quoniam *nemo est, qui occultabitur a calore ejus*. Quandoquidem per glaciem

(1) Addit. Gr. aequalem Angelis vitam, paradisi delicias.

թաքիցէ ՚ի ջերմութենէ նորա . վասն զի տաս
նեօք մեղացն տատանեալ զսիրտս մարդկան ող
մարգարէն աղօթէր ասելով, Հրացեալ զերիկամ
իմ և զսիրտ իմ . քանզի սառամանեօք ամբարշ
թեան անձնային մարդկութիս կապեցաւ, և նորին աղօ
մարգարէքն բոլորեքեան ՚ի միասին աղաչէին զ
ասելով, դարձո զգերութիւնս մեր որպէս զսիւ
հարաւոյ . այս է որպէս հարաւ ջերմ շնչելով ջ
ռուցեալ ջուր յառաջին բնութիւն ջրոյն վերստին
ծելով . նոյնպէս և մեզ՝ որպէս և բանաւորականին
ղօք մեռաք, իբրև հարաւ ջերմ շնչեալ՝ յառաջ
բնութիւն անապականութեան դարձոյց . այս ջերմու
շնչեալ զհարաւոյ՝ և հարանքն եկեղեցի յերգս
գոյն գոչէ ասելով, զարթիր հիւսիս, և եկ հարաւ
շնչեա ՚ի պարտէզ իմ, և բուրեսցին խունկք իմ։
Լաւուտոռն երթայր յո . գեղեցիկ էր երթալ
զի նշանակիցէ՝ զոր ՚ի դրախտին անկաւ ադամ
դարձեալ տէրն մեր եկեալ՝ ՚ի նոյն տեղի, վերստին
երթալովն՝ տանէր ։ Լաւուտոռն յո երթալով
քաղաքն . քաղաք այժմ ասելով մի ինչ ՚ի սորին
հայեսցիս, այլ ՚ի վերինն երուսաղէմ յերկնային
տեղիսն . վասն զի մեր քաղաքականութիւն է յեր
կինս ։ Լաւուտոռն յո երթայր ՚ի քաղաքն, քաղ
ցեալ, ոչ ՚ի կերպակերպ մարդկան, քանզի իմ կերա
կուր է ասէ՝ զի արարից զկամս հօր իմոյ . այս են
կամք հօր իմոյ՝ որ առաքեացն զիս, զի որ հաւա
տասցէ ՚ի նա, որպէս ասէ ինքն, մի մեռցի յաւի
տեան ։ Լաւուտոռն երթայր յո ՚ի քաղաքն, քաղ
ցեալ մարդկային արդարութեան, և տեսեալ զթզե
նին՝ չօգաւ առ նա . գեղեցիկ՝ չօգաւ առ նա . քանզի
եթէ զանց էր արարեալ զթզենեաւն, ունէր արդեօք
՚ի թզենւոյն օձն զորջն մահաբեր, այլ չօգաւ ՚ի թզե
նին, և զնա գօսացոյց ։ Նոյն այնմ թզենւոյ մի
էրն նախանձայէր՝ ետես տէրն, վասն զի նախ ք
զձայնեալն զքեզ փիլիպպոսի՝ զի էիր ընդ թզենեաւ
տեսի զքեզ ։ Օ այս թզենի յառաջ տեսեալ ա
պտուղ լեալ, ասէր (մարգարէն). ելից ՚ի ժողովուրդ
պանդխտութեան իմոյ . զի թզենի ոչ պտղաբերեսցէ
Յայս թզենի ել և զակքէսս . ել տեսանել զտէր

peccati diabolus corda hominum enecavit, ideo propheta orabat, dicens: *Ignescere fac renes meos et cor meum*. Siquidem per gelu impietatis universa humanitas constricta est, et propterea prophetae omnes simul precabantur Deum, dicentes: *Converte captivitatem nostram sicut torrens ab Austro*. Hoc est, sicut auster calide spirans aquam gelatam in pristinam aquae naturam reducit; similiter nos, tamquam diaboli frigore, peccato mortuos, sicut auster calide spirans in pristinam naturam ex corruptione calor iste convertit. De flatu autem australi etiam Sponsa Christi Ecclesia in Canticis Canticorum clamat, dicens: *Surge surge Aquilo, et veni Auster, infla in hortum meum, et olefacient aromata mea*.

Mane ibat Jesus. Pulchrum erat ire, ut denotaret, quod in paradiso cecidit Adam; Dominus autem iterum veniens, in locum illum, iterum ambulans illum secum portabat. *Mane Jesus ibat in civitatem*. Civitatem nunc audiens, ne ad inferiora vertas oculum, sed in supernam Jerusalem caelestiaque spatia: quoniam *conversatio nostra in coelis est*. *Mane cum iret Jesus in civitatem, esurivit*, non cibum hominum; *cibus enim meus est*, ait, *ut faciam voluntatem Patris mei*. *Haec est voluntas Patris mei, qui misit me, ut qui credat in me*, sicut ipse dicit, *non morietur in aeternum*. *Mane cum iret Jesus in civitatem, esurivit* hominum justitiam; et videns ficulneam, adiit illam. Optime adiit illam: si enim praeteriisset ficulneam, utique in ficulnea serpens latibulum mortiferum teneret; sed adiens ficulneam, arefecit illam. Sub ista ficulnea dum esset Nathanael, vidit eum Dominus: nam *Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te*. Istam ficulneam praevidens fructu carentem, dicebat (propheta): *Ascendam ad populum peregrinationis meae, quoniam ficus non afferet fructum*. In istam ficulneam et Zacchaeus ascendit ad videndúm Dominum; qui dixit ei: *Festina descende hinc*: hinc, ubi serpens convolutus erat, ubi late-

առ որ ասէր, փութա՛ էջ այսր. անդուստ՝ ուր ո՛չ
շաղեալ էր, 'ի նմա որջացաւ, 'ի նմա թագեաւ:

Շնորհակալեց աւետարանիչն ասաց յիմաստ թզենի զջակքէին, զի նշանակեսցէ՝ թէ լայն և ընդարձակ է ճանապարհն յիմարութե՛, և շարամանեալ ուստի չարագոյն ծնաւ զյիմարութիւն: Զոդաւ 'ի թզենին տէրն. այս թզենի օրինակ բերէ զլայն և զընդարձակ ճանապարհին՝ որ տանի 'ի կորուստ. քաղցր է պտուղ թզենւոյն և մածնոզ. քաղցր է հեշտութի՛, և գայթակղութիւն մեղաց որք մերձենան առ նա: Զարկուցանելով փախիր 'ի նորա ճաշակմանէն, զի դառն է յետ գործելոյն. մեղք կարթ է 'ի շրթանց կնոջ պոռնկի, որ առ ժամանակ մի պարարէ զքիմս քո, և յետոյ դառնագոյն քան զլեղի գտանի, և սրեալ առաւել քան զսուր երկսայրի. բոց է հեշտութիւն, քաղցր է, և ընդ քեզ խօսի 'ի յսկզբանն զանխլաբար արկանելով խօսիւքն զդառնութի մահու. այսպիսի էր օձն, քաղցր բանիւն և դառն նենգութեամբն. քաղցր կերակուրն, և դառն անկանելն. փախիր 'ի հեշտութենէ՝ որպէս Եղիաս յԵզաբելէ:

Ընդ երկն քո յերկնից՝ քաղցեալ զկերանս մարդկան գտանելոյ. եգիտ զլայն և զընդարձակ ճանապարհն հաստատեալ. չոգաւ առ նա, և եգիտ զնա սաղարթովք վարսաւորեալ. այս է աղանդովք մեղացն ծաղկեալս, և ոչ ունելով յինքեան պտուղ մահու: Ընդէ՞ր. վասն զի ոչ էր ժամանակ. քանզի զայս յաւել աւետարանիչն, ոչ ունէր ասէ պտուղ, վասն զի ոչ իսկ էր ժամանակ: Զի՞նչ կարէր մահ պտղաբեր լինել 'ի գալն քո՞, և (՞է) յարութի աշխարհի քարոզել. ոչ ևս էր ժամանակ պտղաբերել զմահն, քանզի թագաւորեաց մահ յադամայ մինչև ցմովսէս, այս է մինչև յօրէնսն: Դիտեն զիրք մովսէս զօրէնսն ասել, որպէս յաւետարանին ասէ, ունին զմովսէս և զմարգարէսն, նոցա լուիցեն: Ես զի՞նչ նմա տէրն. մի ևս 'ի քէն պտուղ եղիցի յաւիտեան, և վաղվաղակի չորացաւ թզենին. և լուաւ զբերանն, ընկլաւ մահու յաղթութի, ուր է մահ յաղթութի քո, և ուր է խայթոցք քո:

Ընդէ՞ր. և ձմեռն լեալ ասաց աւետարանիչն՝

bras habuit, ubi latuit.

Venuste Evangelista sicomorum, stultam videlicet ficum, dixit arborem Zacchaei, ad significandum, quod lata et larga est via insipientiae, atque detorta; unde pessima nata est stultitia. Adiit ficulneam Dominus. Ficulnea ista typum in se gerit latae largaeque viae, quae in perditionem conducit. Dulcis est fructus fici, et fallax: dulcis est voluptas, sed et offendiculum peccati accedentibus ad se. Quam citius fuge ejus delibationem, amara est enim post actum. *Mel distillat a labiis mulieris meretricis, quod ad tempus delectat palatum tuum, postea vero amarius felle comperitur, et acutius magis quam gladius anceps*. Meretrix est voluptas, dulcis apparet, et tecum sub principio clanculum loquitur, verbis amaritudinem mortis inducens. Talis erat serpens, dulcis in verbo, et amarus in dolo: dulcis cibus, amarus casus. Fuge voluptatem, ut Elias Jezabelem.

